

Mibi quidem hactenus placuit Serapionis interpretationi subscribere, ut patet in principio hujus commentationis: nunc verò quid mihi sentiendum sit, fere incertus sum. Videntur enim verba illa Dioscoridis ita distincta esse, ut duos Bdellii optimi notas faciant: quarum altera est, ut odoratum sit, cum sufficitur: altera, ut sit ungui simile. Sed relinquitur dubitatio an unguis odoratus, aut humanus sit intelligendus: eò tamen inclinat animus, ut putem humanum unguem intelligi, quod Plin. lib. XI. cap. IX. de bdellio differens, Bactriano unguem reddat candidos, cum inquit. Bactriano nidor siccus, multiq; candidi unguis. Ex his nimirum verbis liquet, Bdellium illud albis maculis ungui humano similibus refertum esse. Id quod etiam videtur Bdellio assignasse Damocrates in suis carminibus, quibus cytheos compositionem cecinit, & quæ a Gal. referuntur lib. XI. de antidotis, dum ita scribit. *Σχεῖν δὲ ὑγρόν ὡς μέλι, ἔδαδ' ὡς ὄρνιθας* & c. Hæc duo carmina soluta oratione ad verbum sic vertemus: Funci odorati duodecim, & croci unam, Bdellii unguis drachmas tres, asphalti duas semis. Sanè quod Damocrates Bdellii unguis in cytheos compositionem addat, me magis movet, ut credam Bdellium notam peculiarem habere, quæ unguium effigiem repræsentat: aut quod illud Bdellium sit præstantius, cui sint macula humanis unguibus similes. Sed hæc fortasse fusius, quàm deceat, ut quid alii, & quid ego sentiam in illis Dioscoridis verbis, exponerem, ita tamen ut malim eruditiorum quoq; iudicium esse.

Bdellii
Myrrha
differt.

Bdellii
differe-
tiz lex.

Bdellium densata lachryma est ex arbore quadam, Ceraso simili cortice vestita, emanans, atque circa ramulos in magnos grumos concrefcens, qui tam integri, quàm contracti ex Arabia, India, & vicinis aliquot locis adferuntur, una cum adhærente sæpè cortice & ramulis. Hoc myrrhæ concrectione & aspectu simile, quare censuit quidam Bdellium Myrrhæ speciem esse (quidam Anime esse voluit) à qua differt, non solum quod arbores sint differentes, sed in eo quod Myrrha sit fragilior, & in igne ut resina ardeat: at Bdellium magis naturam gummatum respicit, difficile enim ardet, & humore mollescit, odor non sine gravitate suavis. Sunt autem ejus sex differentiæ: 1. Majoribus glebis rufum, & cum frangitur in plurimos grumulos dissiliens, mediocriter splendens: 2. Minoribus glebis subfuscum, intus rufum, cum frangitur in duas partes quasi dissectum se dividens, translucens, densum, lentum, glutinosum, pingue, & lachrymas albas calido in loco emittens. 3. Nigrum, intus in nigro rufum, glutinosum, mediâ inter thus & gummi cerasorum qualitatem respiciens. 4. Nigrum quoque, sed intus fulvum, purpureo colore, maxime translucens, molle, glutinosum, cerasi gummi simile, ejusdemq; saporis. 5. Colore & sapore priori simile, sed intus pallidis aut candicantibus maculis distinguitur. 6. Pallidum aut candidum, grumis oblongis, mediocribus: multis, longis, guttis densatis concretum, amarum, ingratum, omnibus speciebus acerrimum. Eligendum est in quovis genere aspectu, cum frangitur, nitidum, cornu, aut taurino glutini simile, magis translucens, pinguius & mollius, cum hoc recentis indicium sit. Sunt qui Cuciopheram de qua inferius Matthiolus ager, Bdellii fructus nomine allatam censeant, & utrumque idem statuunt.

Ἀβζαί.

THUS.

CAP. LXX.

Meum
ἄνθος
Meum
ἔνθον.

THUS in ea gignitur Arabia, quæ thurifera cognominatur. Primatum tenet in eo genere masculus stagonias appellatum, suapte natura rotundum: tale autem + individuum est candidum cum frangitur, intus pingue, in suffitu statim ardens. Indicum verò a fulvescit, & colore liver, sed rotundum industria factitant: nam in quadrangulares formas dissectum fictilibus versant, donec rotunditatem contrahat: verum hujusmodi thus tempore flavescit, quod atomum, aut syagrum appellant. Secundum locum habet + Arabicum, & in b Smilo nascens, quod aliqui copiscum vocant, minus multò, & fulvius. Est & genus aliud, cui amomite cognomen est, alioqui candidum: quod dum mollitur, mastiches more digitis cedit. Adulteratur omne thus + in itinere pini resina, & gummi: quod facile deprehendi potest, siquidem suffitum gummi flammam non ejaculatur, & resina in fumum evanescit, thus verò statim ardet: idem maleficium odor prodit. Ad calfaciendum, & astringendum pollet: oculorum caliginem discutit, cava ulcera complet & ad cicatricem perducit: cruenta vulnera glutinat, infrenatque cunctas sanguinis eruptiones, etiam si cerebri membranis effluat: ulcera, quæ cacoëthe vocantur, & sedis, & reliquarum partium permulcet tritum cum eo & lacte linamentum: formicantes verrucas inter initia, impetiginisque ex aceto, & pice illitum tollit: ambusta igni, pernionesque cum fuillo adipe, aut anserino, & ulcera in capite manantia cum nitro, si infricetur, sanat: paronychis cum melle, auribus fractis cum pice, medetur: ad reliquos aurium dolores cum dulci vino infunditur, inflammatae à partu mammae, cum cimolia & rosaceo magna utilitate perunguntur: additur ad arteriæ viscerumque medicamenta: prodest sanguinis excreationi potum. Sed in secunda valetudine haustum insaniam movet, & largius cum vino potum interficit, in fictili mundo thus crematur, flagrante glebula succensum à lucerna, donec exuratur: post perfectam ustionem operire oportet, usquedum restinguatur: sic enim in cineres non redigitur. Aliqui ollulam æneo vase cavo circa medium perforato cingunt ad excipiendam fuliginem, ut in ejus mentione mox ostendemus. Alii crudo fictili luto oblito, & in fornacem indito, cremant. Fictili etiam novo vivacibus prunis torretur, dum non amplius bulliat, aut pinguitudinem vaporémve emittat: facile enim comminuitur, quod perustum non est.

Φλοιὸς Ἀβζαίου.

CORTEX THURIS.

CAP. LXXI.

Meum
ἄνθος
Meum
ἔνθον.

PRæfertur thuris cortex crassus, pinguis, odoratus, recens, lævis, minimè scaber, sine membranis. Adulteratur admisto a pini, aut nucis ejus cortice, sed horum index ignis est, siquidem reliqui cortices suffiti nequaquam incenduntur, sed sine odore fumum eructant: thuris verò cortex ardet, & cum odoris fragrantia vaporem ejaculatur. Thuris modo uritur: & vis eadem, quæ thuri, sed validior, adstringentioreque. Quare potu cruentis excreationibus, vulvis fluxione laborantibus in pesslo confert: ad cicatrices oculorum, & cava, fordesque efficax est: tostus scabris lippitudinibus auxiliatur.

Μάννα Ἀβζαίου.

MANNA THURIS.

CAP. LXXII.

Non
leg. Ori-
bas.

MANNA thuris probatur candore, micarum frequentia, & puritate. Vim habet eandem, quàm & thus, sed invalidiusculam. Sunt qui a cribrata pini resina, ac polline, aut cortice thuris confusi adulterant.

terant. Sed hæc igne deprehenduntur: neque enim æquè suffitu ærium vaporem, sed fuliginosum & impurum expuit, & permistum suaveolentiæ halitus virus habet.

Αἰθάλη θύρισ.

FVLIGO THVRIS.

CAP. LXXIII.

Fuliginem thuris sic facito. Forcipicula lucernis accensas singulatim thuris glebas in novam fictilem ollam concavam imposito: & æreo vase in medio perforato, deterfa diligenter forde, obtegito: alteram admoveo, ex altera ejus parte, aut utraque, subiectis quaternum digitorum altitudine lapillis, quò facilius perspicere queat, si urantur: & quà locus capax fuerit, glebula alias a supposito, & antequam prorsus prior gleba restinguatur, aliam imposito, donec sufficientem fuliginem videaris coëgisse. Continuo tamen externæ æramenti partes spongia, aqua frigida madefacta abstergantur: ita enim temperato aeris fervore, fuligo omnis inhærebit, quæ alioqui per levitatem decidua thuris cineribus admisceatur. Dersa itaque fuligine, cinis cremati thuris seorsum subtrahendus est: idem opus, quoad satisfactum tibi videbitur, obeundum. Oculorum inflammationes mitigat, fluxiones suspendit, ulcera purgat, cava explet, carcinomata sistit. Simili modo è myrrha, resina, styrace, reliquisque, lachrymis fuligo excipitur, ad eadem conveniens.

Cum thus, Thuris cortex, manna, & fuligo ab una tantum arbore proveniant, non alienum duxi de his omnibus unico commentario differere. Sed primum à thure exordiens, cum Dioscorides in ejus scribenda historia, non late se diffundat, ut eos vori compotes faciam, qui eam audire desiderant, hic referam, quæ ex Theophrasto lib. ix. cap. iiii. quæq; ex Plinio libro xii. cap. xiiii. diligenter excerpti. Gignitur itaq; thus (ut illi prodiderunt) præter Arabiam nullis, ac ne Arabia quidem universa, sed privatim cuidam loco in medio ferè regionis post Atramiis pago Sabæorum, qui caput regni est: tractus is spectat ad orientem undiq; rupibus inivis, & à dextra maris scopulis inaccessible. Sylvarum, quæ thus profuerunt, longitudo est centum millia passuum, latitudo autem dimidium ejus: quas & Minæ attingunt alium pagum colentes, per quos thus erebitur uno tramite angusto, à quibus etiam thus Minæum olim dictum est. Siquidem hi primi fuere thuris repertores, ejusq; commercium primi fecere, maximeq; exercent. Ceteris interdictum est, his exceptis, videre thuris arbores: ac ne Minæorum quidem omnes (ut perhibent) ipsas arbores videre possunt. Fus enim in thus, ipsumq; legendi potestas, tracentum tantummodo esse familiarum dicunt, quæ per successiones id sibi vendicant, quæ etiamnum ob id à propinquis populis sacra vocantur, quod cum vulnerant arborem, quod liquor desinat, aut cum metunt, nec fœminatum, nec funerum congressu polluantur: atque ita religione merces augentur: quidam promiscuum jus Minæis omnibus esse tradunt, & unoquoque anno inter ipsos dividi. Ceterum quoniam præci Romani in Arabia bella gessere, thuris tamen arboris facies à nullo (quod equidem legerim) Latinorum tradita est: neque Græcis etiamnum auctoribus (et si plures de ea conscripserint) de ejus effigie satis inter se convenit, licet dixerit Theophrastus, quod arbor thuris, quæ super Sardes apud delubrum quoddam surrexit, fronde lauri constet: Thus duntaxat meri solebat inciso arboris cortice, canis ortu, flagrantissimis aestibus, quod tunc esset humoribus maxime prægnans, quod postea legebatur sequenti autumno. Verum dulcedo quæstus aliam viam attulit, quæ etiam primo vere ipsum legeretur, incisis per hyemem arboribus. Excipitur quod ex arbore profilit, atque distillat palmetæ tegere, ubi loci natura poscit, alicubi area circum pavita. Purius & perlucidius illo modo, sed hoc ponderosius, minus pellucet, minusq; viribus pollet. Vindemia verna thus rusum emittit, nec comparandum priori: vires enim imbecilliores sibi sortitur. Creditur novellæ arboris candidius esse, quàm veteris: quod hæsit in arbore, ferro depeclitur, ideoq; corticosum. Tradidit Dioscorides præter Arabicum inveniri & Indicum, id tamen flavescere: quod indicat, thus & in aliis regionibus nasci præter illud, quod ex

Thuris histor. ex Theoph. & Plin.

30 THVS ET EIVS FOLIVM.



Arabia devebitur. Quod cum Theophrastus, & Plinius satis compertum haberent, quàmvis prius scripissint, thus præter Arabiam nullis gigni, dixerunt tamen postea, quod ex relatu acceperant, id etiam nasci in quibusdam Insulis. Datur utiliter potandum dysentericis, & diarrhæa laborantibus, & iisdem clystere quoque infunditur. Linitur cum lacte adversus solis ardores. Cum aqua autem nymphaæ bibitur drachma pondere, ad gonorrhæam. Anget memoriam bibulum oboli pondere: fugat tristitiam, & latificat cor, & convenit omnibus ejus affectibus, præsertim ubi misceatur cum medicamentis, quæ cordi opem præstant. Fit è thure medicamentum, quo nihil præstantius, certiusq; vidi ad oculorum lippitudinem, & ruborem: etenim sæpe una tantum nocte affectos juvit. Accenditur Thuris grumus, acuto stilo affixus, cerea candela, mox in aqua rosacea vinctis quatuor restinguitur, reperuntur incensationes extinctionesq; trigesses, & deinde percolata aqua linteolo mudo, oculorum angulis cum penna vesperi illinitur, dum cubitum affecti sese recipiunt. Atqui si rubor, lachrymaq; vehementi cum dolore fuerint, additur tantundem lactis muliebri. Sistit Thus sanguinem è naribus manantem, si cum tela araneæ & aloë, excipiatur ovi unius albo, & cum licinio introducat in nares: Thuris suffitu sanatur quoq; tenasmus, addita præsertim colophonia resina. Fiunt ex Thuris drachma, & agarici scrupulis quaternis cum hyssopi succo catapotia decem admodum utilia ad frigidam tussim, si unum tantum quotidie sumat æger vesperi iturus dormitum. Paratur ex Thure pulvis quoque admodum utilis ad dysenteriam hoc modo: Sumito Thuris, Mastiches, cujusq; drachmas duas, luti Armenii drachmam, coralliorum rubeorum, cornu cervini usti singulorum drach. semis. Lapidis hamatitii usti scrup. duos: terito simul omnia: datur ex vino rubeo sesquidrach. horis duab. à cæna, Thuris & Myrrha pulvis ovi albo except fronti tēporibusq; illitus.

Thuris vites.

Catapotia ex Thure.

Thuris
facul.ex
Gal.

Galen
locus re-
finitur.

Avicen.
lapius.

Manna
thuris.

Mannæ
coelestis
historia
& gene-
ra.

Fuchsi
opinio.

Mannæ
Arabum.

Brasavoli
lapius.

tus, hemieranos dolores mulcet. Thus ut scribit Galenus lib. vii. simp. medicamentorum, excalfacit ordine secundo, desicc-
cat verò primo, paululumque, adstringit. Sed candido minimum adstrictio manifesta. Cortex ejus evidenter adstringit: pro-
inde sanè strenue quoque desiccatur, adeo ut ex secundo sit ordine completo desiccantium. Est autem crassiorum partium,
quam ipsum Thus, & minime particeps acrimonia. Ob has igitur tum facultates, tum qualitates multus est ejus usus apud
medicos in hæmoptoicis, stomachicis, celiacis, & dysentericis, non tantum in, quæ extrinsecus applicantur, ipsum admi-
scentes, sed & in, quæ intro in corpus sumuntur. Ramus ejus (lego fuligo ejus, & infra rationem reddam) tum siccioris tum
calidioris est facultatis, quam ipsum thus, adeo ut ad tertium usque excessum perveniat. Habet verò etiam abscessorum
quiddam: itaque eo nomine expurgare, & implere, quæ in oculis consistunt ulcera, videtur, velut & myrrha, & styracis:
hæc Galenus. Verum, ne quisquam fortasse me perperam Galeni lectionem immutasse existimet, illud sciendum est, quod in
Galen loco citato non solum Gerardi Gaudani versio reprehendenda (quod tamen interpreti vitio minime dandum est) 10
sed etiam in Græcis tum ipsius Galeni, tum Pauli Aeginetæ codicibus communis lectio depravata videtur: quippe ubi in thus-
ris capite legitur apud Gal. ο δὲ δαδὸς ἀντὶ τοῦ ὑπερτίγας ἐστὶ, ὃς διὰ τὴν ὑπερτίγαν ὑγρὰ ἀντὶ τοῦ δ. ὑπερτίγαν δὲ ὑπερτίγαν, hoc est, ut
vertit Gerardus, Ramus ejus tum siccioris, tum calidioris est facultatis, quam ipsum thus, rectius legendum putaverim,
ὃς δὲ δαδὸς ἀντὶ τοῦ, hoc est, Fuligo ejus &c. Quæ quidem lectio primò Dioscoridis testimonio comprobatur: qui præterquam
quod ramorum non meminit, ipsi thuris fuligini, non ramus, tum expurgandi, tum implendi, quæ in oculis consistunt
ulcera, facultatem inesse testatur. Deinde id manifestè innuisse videtur Galenus in prædicti capitis calce illa comparatio-
ne, cum inquit, veluti ex myrrha, & styrace. Nam lib. viii. simp. medic. de styrace agens: styracis combusti fuligo inquit,
thuris fuligini quodammodo est similis: & libro vii. de fuligine scribens: Primum enim, ait, thuris fuligine utuntur, in
oculariis medicinis mista, eas videlicet, quæ ad oculos etiamnum phlegmone tentatos accommodantur, atque etiam flu-
xione tentantur, & ulcera habent: nam & illa expurgat, & carne replet. Ad hæc usurpant quoque, eam ad facultates quas 20
vocant calliblepharas. Præterea terebinthina, myrrhaque, fuligo molestia caret, non aliter, quam thuris: sed styracis hæc quo-
dammodo valentior est. His igitur rationibus asserere non dubitaverim, hoc in loco vulgatos Græcos codices fortasse libra-
riorum incuria vocum similitudine deceptorum depravatos esse: quodq; loco hujus vocis δαδὸς quæ Latine fuliginem red-
dit, successerit δαδὸς: quæ ramum germenve significat. Quod etiam apertissime confirmat Serapio: qui cum hunc Galeni
locum suo tempore legitimum, & incorruptum haberet, quæ hoc Galeni loco nostra ætate de thuris ramo leguntur, ea ipse
Galenus accepta referens, de thuris fumo seu fuligine legit. Quod item apud Aetium videre licet: quin etiam apud Avicen-
nam cap. de olibano legitur: fumus ejus est vehementioris exiccationis & siccitatis: tamen si Paulus hæc menda non va-
cet, vel sui ipsius fortasse, vel potius librorum culpa. Nam alias non possem non admirari, quod in Galeni lectionem hanc
depravatam esse non animadvertisset, quemadmodum hæc in re nostra ætatis interpretes mihi quidem admiratione digni
videntur. Caterum thus (ut Galenus scribit lib. iii. de compositione medicamentorum per genera) concoquit, & purgat in 30
temperatis corporibus, nam in humidis sicciorum est: Præterea cum dixerit Dioscoridus in secunda valetudine haustum, in-
saniam facere, & largius cum vino sumptum interficere, hinc Avicennam errasse crediderim, qui & depravatis sensibus, &
abolita memoria thus opem præstare tradit. Porro credidere nonnulli thuris Mannam apud Græcos esse, quam nostra ætate
è cælo collapsam super arborum frondes colligimus, quamq; tanquam omni ex parte innocuum medicamentum, & utero
gerentibus mulieribus, & pueris, & delicatis deicienda alvi gratiâ propinamus. Verum res quidem aliter se habet: namq;
Plinius & alii complures produnt, Mannam thuris esse micæ ejus concussu elisas, quod dum convehitur, evenit: quod etiam
testatur est Galenus lib. iii. de compositione medicamentorum secundum locos. Sed quoniam thuris Manna mihi redegit
in mentem Mannam hanc purgatoriam calitis demissam, ut plenius legentibus satisfiat, cum hujus nusquam meminerit
Dioscorides, de ea tradam, quæ ex Arabum monumentis deprompsi, quæq; ipse etiam in Calabria vidi, ubi laudatissima 40
colligitur. Est igitur MANNA quidam ros, sive liquor suavis, qui ex aere veniens sub lucanis temporibus, arborum ramis, &
frondibus, herbis, lapidibus, & solo interdum invenitur hæere: qui brevi temporis curriculo coalescens, grumulosus in gummi
morem efficitur. Hujus duo tantum genera ipse in Italia vidi, quorum alterum ab orientali plaga, alterum verò à Calabria
desertur. Ejus, quod ex oriente petitur, duplex habetur species: præstantissima altera, quam Mastichinam appellant, nomi-
ne à granorum mastiches similitudine sumpto: infirma verò & vilis altera, quæ Bombycina nuncupatur, quippe quæ nil
aliud est quam aut evanida, & senio exhausta Mastichina, aut saccharo, aliisque, impostis adulterata. Calabrienfis plu-
rimi penditur, quæ stirpium frondibus insidens colligitur, proinde soliorum Manna cognominata, minutis granulis constans,
translucida, gravis, mastiches granulis similis, candida gustu dulcis atq; suavis. Secundas partes sibi adsciscit, quæ ramis
insidet, tertias verò, quæ lapidibus & solo inhaeret: nimirum hæc granulis constat crassioribus, & colore longè minus syn-
cero. Ex ea, quæ nocte peracta è cælo ceciderat Cossentia, quæ est Calabria civitas, mihi facta fuit copia super fraxineis fron-
dibus quæ julapii perfectè cocti guttas prorsus referebat. Accepi inibi ab incolis, quod hæc mane legitur, priusquam sol exor- 50
tus admodum excalfaciat: namq; postea sole liquefacta, absorptaq; facile evanescit. Quapropter plerique (ut à nonnullis
audivi) ubi in magna deciderit copia, summo mane arborum ramos præscindunt, & in opacis collocant, ubi concretam ma-
jori commodo legunt. Nunc verò sit, ut nesciverim ego, quæ ratione dictus Fuchsius vir eruditissimus, scripserit libro de com-
ponendis medicamentis, quem nuper auctum edidit, Mannam (ut suis verbis utar) Calabrinam grano constare grandiori,
floccorum lane & bombycis referente effigiem, candidiori, & ob id alio nomine Bombycinam vocari: quin & hanc viliori
pretio vendi. At qui cum is a nobis planè dissentiat in Manna, quæ ex Calabria advehitur, historia, ratus gnarusq; hanc
quam paulò ante reddidi, veram esse, non plura adjiciam: sed relinquam in hoc fore judicium eorum (sint vel Medici, vel
pharmacopæi, vel mercatores) qui Manna illius naturam rectius norunt, atq; eam satius exploratam habent. Duo Manna
genera etiamnum à Mauritanis diversis capitibus prodita reperio: quorum alterum Mannam, alterum verò Tereni-
abin appellant. Tamen non aliam inter ea specierum differentiam esse constat, quam quod alia liquefcent, melli similis, alia 60
in grumos concreta videatur: quæ profecto illa est, quæ ad nos advehitur. Quam verò Tereniabin vocant, Serapionis testi-
monio & ipsam esse Mannam manifestè ostenditur. Namq; Abicis auctoritate, Tereniabin, inquit, febrium ardentium
inflammationes mulcet, sitim extinguit, alvum mediocriter emollit, pectori, & tussi opem præstat, nec aliud est, quam
Manna. Testatur Brasavolus Ferrariensis, Nicolaum quendam Ferraria (ut arbitror) pharmacopolam emisse à quodam
Mauritano vas plenum cujusdam Manna melli similis, quæ in medicamentis non satù laudari potuit. Hanc equidem ex eo
genere fuisse existimaverim, quod Mauritani Tereniabin nominant: etsi Brasavolus ipse contrarium senserit, cum velit,
Tereniabin Mauritanorum eam esse Mannam, quæ communiter utimur: eorundem verò Mannam esse hujusce liquidæ
speciem. Quæ tamen sententia Arabum scriptis prorsus refragatur, quandoquidem ipse invenerim apud Serapionem, quod
Tereniabin quidam ros est è cælo cadens melli grumoso similis, & quod aliter metoscidum appellatur. Avicenna verò de
Manna

- Manna agens, inquit, eam gummi modo concrefcere: à quo Mesuem nihil diffentire comperio. Credidit Averroës, & post eum alij quam plurimi, Mannam veteribus, praefertim Galeno, incognitam fuisse. Quibus illud reclamant, quod ipse Galenus scriptis tradidit lib. 111. de alimentorum facultatibus, capite de melle, sic dicens. Memini aliquando, cum aestate super arborum, ac fruticum, herbarumq; folia mel quam plurimum fuisset repertum, agricolas velut ludentes cecinisse, Jupiter melle pluit. Praecesserat autem nox, ut per aestatem, satis frigida (nam tum tempus anni aestivum erat) pridieq; calida, & sicca fuerat aeris temperies. At qui peritis naturae interpretibus, halitus è terra, & aquis prodeuntes, solis calore exacte attenuati ac cocti, à frigore secuti è noctis in anum coacti, ac densati fuisse videbantur: sed apud nos raro id accidit: in monte autem Libano quotannis persape. Itaq; coria super terram extendentes, & arbores excutientes, quod ab eis defluit, excipiunt, & ollas ac fictilia melle implent, vocantq; id roscidum mel, & aerium. Hæc Galenus de Manna memoria prodidit.
- 20 Ex quibus eorum error deprehenditur, qui putant hanc ei fuisse incognitam. Existimandum igitur est, quod hinc Arabes suum deduxerunt Terenabim, praefertimq; cum scribat Serapio, hoc ab eis mel aerium appellari. Hujus etiam meminisse Plinius, lib. 1. cap. 12. his verbis. Venit mel hoc ex aere & maxime siderum exortu, praecipueq; ipso Syrio exsplendente sit, nec omnino prius vergiliarum exortu sublucanis temporibus: itaque cum prima aurora, folia arborum melle roscida inveniuntur. At si qui matutino sub dio fuere, unctas liquore vestes, capillumq; concretum sentiunt. Sive ille est cæli sudor, sive quadam siderum saliva, sive purgantis se aeris succus, utinam esset & purus, ac liquidus, & sua natura, qualis defluit primo: hæc tamen antiqua Manna res est, ut ante Galenum, & Plinium, ejus etiam meminisset Theophrastus Hesiodi auctoritate, libro 111. capite nono de plantarum historia, his verbis. Sin autem auctore Hesiodo, mella, apesq; quercus ferat, magis quoq; illud confirmatur. Ergo nascitur vel hic melleus humor è cælo cadens, in hac maxime insidens. Mannam utriusq; consistentiam è cælo demissam vidimus in comitatu Goritienfi, universaq; Foro-Julienfi agro, ac circumvicinis locis, Anno à CHRISTO nato M. D. XLVI. Majo & Junio mensibus fuitq; mihi ambaram colligendarum amplissima facultas. Siquidem ea, quæ sibi fraxini, & orneoglossi frondibus, inhaerant, gummi modo concreverat, colore candida. At quæ super amygdalo, perfica ac quercus folia deciderat, mellis modo liquefcens ab arbore defluebat, flavo colore. Quo factum est, ut facile crediderim, quod non sui ipsius facultate gummi modo Manna concrefcere, sed foliorum, in quibus delapsa reeumbit: quare ab Arabibus diligentissime persecta, utriusq; Manna historiam diversis per se capitibus, suis monumentis prodidit. Cecidit quoq; è cælo Manna admodum copiosa, masticheq; grumis similis, agro Tridentino, in Ananienfibus montibus, & praefertim super larices arbores, ut restari possunt Clariss. Medicus Julius Alexandrinus & Petrus Spezzalancius pharmacopæus Ananien: quippe qui hujusce Manna, quam ipsemet legerat, selibram fere mihi Goritiam misit, quo sit ut hinc, & ex cæteris, quæ præmisimus, manifestò deprehenderim, non parum aberrare Donatum Altomarum medicum insignem, cum is pluribus, contendant verbis, Mannam quæ in Apulia & Calabria è fraxineis legitur foliis, è cælo hæc quaquam decidere, sed ex ipsa & planta exsudare. Atqui tametsi id illi verum esse videatur, ego tamen concedam nunquam, Mannam, quæ è lariceis foliis legerunt Ananienfes, è larice ipsa exudasse, cum nihil prorsus resinosi respiceret: quin etiam quod non solum in arborum folijs spectetur, sed etiam in pratis, adeo, ut sarnisea præ manna à Sole dissoluta, falces ab herbis nequiverint explicare. Fuit itaq; hæc profecto Cælestis Manna, perinde ac illa, quam ego propriis manibus, legi in agro Goritienfi, & alij per plures legerunt in circumstantibus locis. Sed profecto non admittenda, quin potius explodenda videtur sententia Monachorum, qui in Mesuem commentarios scripsere, cum pro certo asserant, syrio ardente Mannam non solum ro-
ris modo super arborum & herbarum folia reperiri, aeris & cæli clementia: sed etiam arboribus fraxino, s. & orneoglossi absq; aliquo cæli rore, gummi modo inciso earum cortice, in lachrymas concrefcere. Quod tamen ut à rei natura, ita etiam à ratione, & à veritate abhorre putaverim. Siquidem ea Manna, quæ inciso harum arborum cortice in Apulia, & Calabriensi agro hac ætate canticularibus dieb. collachrymare cepit, nullus quidem planta liquor est, sed ipsa eadem Manna, quæ dieb. superioribus eisdem in arbores ab aere deciderat. Nam cum illis regionibus usu veniat, quod præ cæteris prædictæ arbores eo mellis rore assatim abunde, madefcant, sitq; cortex solis ardore nimio sitiens, ac rimosus, magnam liquoris quantitatem intra se absorbet. Quo fit, ut postmodum exurente canticula, inciso eodem cortice idem liquor exiliat, & in grumos concrefcere: qui tamen cum leves fungesq; sunt ob arborum succi missionem, infeliciter operantur, nec alterius Manna viribus correspondent. Quod autem id tantum fraxino, orneoglossi, eveniat, cum melleus ille ros in universum omnes occupet plantas, in causa est harum arborum nobis occulta potestas, ut magnetis ad ferrum, & succini ad paleas: quippe omnibus, clarum est, apud Calabros, & Apulios solam fraxinam & congenerem orneoglossum Mannam in se contrahere, retinere, densare, ac cohibere: ex aliis vero arboribus, eandem statim defluere, & in subjectas herbas, petras, solumq; diffundi. Quare manans, ab his duntaxat arboribus inciso cortice, non sanè primo, & secundum naturam, sed ex accidenti defluit Manna. Verum optimi illi patres contenti (ni fallor) cortice, internas illarum arborum partes penetrare neglexerunt: at incolæ, qui ex majori hujus liquoris proventu, plus auri referunt, rei naturam diligentius investigarunt. Monachorum sententia ad stipulatur Altomarus, cum ipse sibi persuadeat communis usus Mannam, nihil roscidi cælestisve liquoris continere, sed tantum esse: quod et si multis conatur ipse comprobare, cum tamen plura sint quæ non consentiunt, id ego examinandum sapientioribus relinquo. Cæterum ex his qui hauris Mannam cælestem hanc esse crediderunt, unum Crinium Florentinum fuisse comperio: in cuius censuram Manardus Ferrariensis libro 1. sciarum epist. peculiarem epistolam conscripsit. Veruntamen venia illi danda est, cum & Serapio, qui Mauritanis omnibus in simpl. medic. historia præstitit, tauris Mannam cum coelesti inepte confundat. Meminit Manna inter alios Græcos etiam Altiuarum lib. de medic. compositione, ibiq; de ejus viribus ac facultatibus diffinit. Mannam Avicenna quæ Mesui testimonio, equali fere temperamento consistit, licet ad calidum paululum inclinet: at Averroës calida humidatq; habetur. Alvum devorata, aut hausta ciet, per se tamen imbecilliter. Ideoq; tam faminis utero gerentibus, tum pueris ipse tunc semper exhiberi potest. Aliis medicamentis addita vires eorum auget. Bilem facile educit: sitim extinguit: aperit, emoluit, lavigatq; gula, peccatorumq; partes. Quæ ex Alexandria Aegypti affertur Mastichina vocata, uno duntaxat anno in suis viribus persistit: sed quæ in Italia provenit, praefertimq; Calabriensi agro pluribus annis incorrupta perdurat. Enimvero Fuchsius medicus nostra ætate & doctrina, & rerum cognitione clarus, in lib. de composit. medicament. quem secundo auctum excudit, Mannam à medicorum usu explodere conatur his verbis. Manna levem certè, aut ferè nullam solvendi, alvumq; subducendi vim habet, quod in compertum est, qui juxta Libanum fuerunt: nam referunt indigenas ejus montis, cum abunde ea satientur, nihil tamen ladi, aut alvum sibi quoquo pacto subducere senti-
re, sed ea tanquam obsonio nutrire. Quapropter cum melli quodammodo similem facultatē habere constet, facile ea cavere liceret, modo peregrinorum admiratione non ita duceremur, neq; stulti, contemptis nostratibus, è longinquis regionibus, allatis uti potius, quàm iis, quæ nostris in hortis proveniunt, mallemus: sed stultitia nostra, temere sumptus immodicos facientes, condignas damus penas: hæc Fuch. Quibus nimirum verbis liquet eum velle usum Mannæ prorsus adimere, atq; ipsum ad medicam, deferri quæ nostrum

Manna
historia
ex Gal.
Plin. &
Theoph.

Plinius,

Manna
in comi-
tatu Go-
ritienfi,
& foro
Julii.

Manna
in agro
Trident.
è cælo
delapsa,
contra
Altoma-
rum.

Monachorum
opinio
exploda.

Manna
secto ar-
borum
cortice
manans.

Pitri
Criniæ
error.
Serapio
lapsus.

Manna
tempe-
ramentū
& vires.

Fuchsi
opin. re-
probata,
Mannam
explode-
re cona-
ci.

nostris in regionibus proveniunt : utinam æquè commodè & tutò fieri posset ista commutatio, ut saltem, quod ipse vehementer cupit, immodicis sumptibus parceremus. Sed quoniam rationes, quas affert, non sunt ea, quibus persuaderi possumus, idcirco cogor in hoc ejus sententiæ refragari : namq, quod Manna alvum subducit, & eam quidem innocue, non solum convenit inter auctores, qui hæcenus de illa scripserunt, sed ita etiam quotidiana experientia docet : siquidem duarum & semis unciarum pondere data alvum perbellè dejicit & privatim bilem educit. Quod autem Libani montis indigena Manna non ut medicamento quod purget, sed ut obsonio, quod nutriet, utantur, quæ tam facile ut Fuchsius, referentibus creditur ? cum nos quotidie contrarium experiamur, aut si credat, non aliquam facti illius rationem adinveniet, quæ ut decet, experimentum tueatur ? certè nullus, si rectè judico. Ut autem medicamenta peregrina aboleant, quæ mitissimam solvendi vim habent, inter quæ jam dudum Manna principem ferè locum obtinet, utemur nostratibus, & fortasse lathyri, pituyse, tithymali, bryonia, & aliis hujusmodi, quæ passim nascuntur in hortis & campestribus, atq, vim lethiferam ac perniciosam sortita sunt ? absit, meo quidem judicio. Malim ergo in hoc sequi exemplum Dioscoridis, Galeni, & aliorum tum Græcorum, tum Arabum probatissimorum auctorum, quam alterius quicunq, sit, illi enim non contenti simplicibus, medicamentis quæ suis in locis nascebantur, peregrinis etiam uti voluerunt : quos tamen tantum abest, ut stultos dicamus, ut etiam sapientes judicemus. Quare non potui satius mirari Fuchsius ita malè de Manna sensisse, quam omnibus eo excepto, perspicuum est sine molestia ventrem purgare. Equidem optarem, ut ii, qui alicui medicamento usum abrogare student, vel id æquius & modestius agerent, aut è nostratibus ea proferrent, quæ eandem vim præstare possent : neq, enim ego is sum, qui peregrina nostratibus præferre velim, modò hæc cum illis viribus certare valeant. *Liban* & *Libanotis* id Græcis dicitur, quod Latinis *Thus* : Arabibus, *Ronder*, *Conder*, aut *Kateth* : Italis, *Incenso* : Germanis, *Weyrauch* : Hispanis, *Encienso* : Gallicis, *Encens* : Bohemis, *Kadidlo*.

† *Artem*. Hæc dictio hic, & paulò post legitur in vulgariis Græcis codicibus : quæ in primo loco thus natura rotundum insignitur, in secundo verò arte tale factum cognominatur. Sed quia absurdum videbatur Marcello, Dioscoridem usum fuisse homonymia, ideo mutavit lectionem, alterum. s. *Artem* *Artem*, ad rem nomen accommodans. Quam tamen lectionis mutationem minime probat Manardus, qui præterea dubitat quomodo atomos Latinis sit reddendus. Hæc difficultates mihi quidem videntur ab Oribasio sublata lib. vii. ubi primò non *Artem*, sed *Artem* legitur, quæ vox sine controversia illasum, atq, non sciissum thus facit : secundo verò nihil legitur, quod argumento est, atomum secundum accrevisse Dioscoridi. Legitur autem *Artem*, quæ vox ut est illius facti thuris cognomentum, Oribasio teste legitimum, ita non mutanda videtur.

† Hic vulgaris lectio habet, *Artem*, quod è *Artem*, id est : Arabias, & in Smilo nascentis quod aliqui copisum vocant. Marcellus non *Artem*, sed *Artem* legit. Cui lectioni ad stipulatur Oribasius lib. xii. ubi *Artem* tantum, reliqua verò ut additicia non leguntur.

† Exemplaria Græca vulgata hoc in loco legunt *Artem* : quæ vox, in itinere, à Ruellio, & artificiosè conformatum, vertitur à Marcello. Sed equidem eam adventitiam putaverim, quod non legatur ab Oribasio.

Thuris nomen. Thus dictum aut à Græco *Artem* sacrificium notante, aut à tufis glebis, *Artem* à *Artem* stillo : licet Græci fabulentur à juvene Assyrio hujus nominis, quod Deos studiosissimè coleret, ab invidis occiso (hinc nihil esse Diis thure gratius) in hanc fruticem converso dici. Arbor Galeno *Artem* & *Artem* : lachryma verò *Artem*, quæ Hippocrat. *Artem* dicitur. Præter Theophrastum & Plinium, de thure multa scriptis tradidere Diod. Siculus lib. 3. & 6. antiq. Solinus cap. 36. Strabo & alii antiquissimæ fidei historiographi. Sed recentiores aliter arborem thuris describere : Thenetus qui iconem ponit tomi 1. Cosmog. lib. 4. arborem thuriferam pinus resiniferas referre, succum (ipsum thus) fundere qui tempore durefcit, cum quo granula reperiantur arenæ aut sabulo similia, quæ sint Manna thuris. Garzias arborem humilem scribit foliis Lentisci, alteram montanam, à qua laudatissimum thus : alteram in planis nascentem, quæ nigrum & improbum thus fundat. Verum ex adversariis folium adposuimus, quod ab imo pediculo ad summum usque duplicatum, quasi ex geminis tenuibus tunicis conflatum, vagina sesquipalmum longa instar infundibuli hiantis, supernè galeata. Differentiæ plures, colore & magnitudine grumorum variantes mixtim adferuntur I. Indicum maximis glebis constans, ex livido nigricans, candicantibus aut flavis maculis nigricans. II. Mammofum, multis oblongis guttis densatis pendularum mammarum figura compositum, quod flavum & stagonia cognominatur. III. Masculum, parvis rotundis candicantibus, aut flavis granis, partim singulis, partim geminis coherentibus constans : IV. Orobis, granulis minimis, ervo æqualibus, globosis, colore masculino simili. Eligendum auctore Gal. 5. Meth. magis tenax & resinofus, hoc enim mollius & albidius : tum quod mansum, ritu aloës & mannæ non comminuitur, sed velut mastiche partes habet coherentes. Mannam verò Thuris, Græci etiam *Artem* à concussu dixerunt, & veteres Latini pollinem Thuris quoque nominarunt, cum veterum Manna, sit lachrymæ thuris pollen & farina, quæ crebro motu ac concussione atterentibus, ut loquitur Aetius, è glebis eliditur : differre autem à Thure docuit Galen. 4. de compos. med. secundum loca 4. sic 5. & 13. Meth. meden. ubi Mannam magis ipso thure adstringere scribit : quod dubio procul ob corticis thuris admixtionem contigit. Fuligo dicitur Gazæ favilla : Galeno *Artem* : sunt qui & *Artem* semicorpora appellant, est tenuis fumus resolutus ex quacunque re pingui incensa, imposito quodam concavo vase exceptus : qui ex omnibus resinosis & oleosis rebus fieri potest : modum conficiendi docuit Dioscorides, ostendit & Aetius lib. 1. at plenius in liquidæ picis fuligine declaratur. Quæ sit in ipsis differentiis, quæ speciatim ab uita materia obvenit, & quis usus, Galenus 7. simplicium explicavit.

Pinus & Picea.

PINUS, ET PICEA.

CAP. LXXIV.

PINUS ET PICEA generi eidem adscribuntur, sed quandam flagitant specierum distinctione arbores vulgò cognitæ. Quarum cortex adstringit : prodest tritus, & illitus intertrigini, ulceribus summum corpus occupantibus, ambustisq, cum spuma argenti, & manna : ulcera delicatiorum acrimoniâ recusantium cerato myttino exceptus ad cicatricem perducit : tritus cum sutorio atramento serpentia cohibet : suffitu partus, & secundas eiicit : potus alvum sistit, urinam movet. Folia eorum trita, & illita inflammationes leniunt, vulnera ab infla, vindicant : trita aut, & decocta in aceto serveti collutione detriti dolores mulcet, hepaticis utilia

utilia sunt drachmæ pondere in aqua, aut mulsa pota. Piceæ nucis cortex, & folia potu idē præstant. Te-
da earum particulatim secta, si in aceto coquatur, & decocto dens colluatur, dolores leuat. Ex his etiam
fit spatha acoporum, pessorumq; compositionibus idonea. Quinetiam earum crematarum fuligo ad li-
brarii atramenti confectionem excipitur: ea circumlitionibus efficacissimè imponitur, quibus palpe-
bras ornant, coloremq; mentiuntur, calliblephara Græci vocant: arrosio oculorum angulis: callolis, gla-
brisq; genis, & collachrymationibus opitulatur. Pityides [¶] appellantur pinorum, piceæq; fructus, qui in
conis inveniuntur. Vim alstrictoriam habent, & aliquantulum exsiccantem: tussi, & pectoris vitiis
auxiliantur per se, aut ex melle sumpti. Noces pineæ cum repurgatæ manduntur, aut cum passo, aut cu-
cumeris semine bibuntur, urinam cient: acrimonias in renibus, & vesica hebetant, stomachi rosiones
leniunt: datæ cum portulacæ succo, virium infirmitatem roborant, corruptorum quoq; humorum labem
obtundunt. Pineæ noces integræ recenter arboribus decerpæ in passo franguntur, & decoctæ, vetusti
tussi ac tabitudini conferunt, si quotidie ex eo liquore terni cyathi bibantur.


Nostræ nimirum negligentia adscribendum foret, cum nos assidue habeant pinorum, abietum, picearum, & laricum
sylva, nisi harum omnium amplissimam, veramq; historiam traderemus: eoq; magis ad hoc teneri videor, cum ani-
madverterim Plinium, recentiorumq; nonnullos cum secutos, in huiusmodi plantarum historia, quæ resinas fundunt,

PINUS SYLVESTRIS MONTANA. I. PINUS DOMESTICA.

20

30

40



longè ab eo dissentire, quod in Tridentinis montib. nostris oculis perspectum, apud alios etiam testatum relinquere possumus. Pinus hi-
stor. ejus-
que ge-
nera.
Rem itaq; à Pinu exordiens, inuenio Theophrastum lib. ii. cap. x. de plantarum historia. duas Pini species adnotasse, dome-
sticam alteram, alterā verò sylvestrem: huiusq; in maritimam, & montanam distinctionem fecisse, hisce verbis. Pinorum
aliā urbanam, aliā sylvestrem assignant. Sylvestris binum statuunt genus, quorum alteram Idæam, alteram mariti-
mam vocant. Harum rectior, celsior, materieq; crassior Idæa: folio imbecilliori, tenuiorq; maritima, & cortice laviori,
utiliq; ad coria, quod alteri minus. Nux maritima rotunda, brevis, debescens: Idæa oblongior, viridis minusq; hirsuta tan-
quam sylvestrior: hæc Theophr. Verum non desunt, qui contendant Theophr. hac de picea scripsisse, non autē de pinu: ea
nimirū ratione freti, quod [¶] $\pi\acute{\iota}\nu\alpha\varsigma$ de qua hic differit Theophr. Græcis picea, non pinum significet. Quamobrem Petrus Bellonius
Cenomanus cōmunem Græcorum sententiam secutus, libro, quem arboribus coniferis dicavit, id totum picea arbori reddidit
contra Theodori interpretationem, quod Theophr. [¶] $\pi\acute{\iota}\nu\alpha\varsigma$ Græcè scriptum reliquit. Sed equidem hac in re Bellonius
(pace viri boni dixerim) hallucinatum arbitror, non quod propterea eum Græci sermonis imperitum judicem, sed quod
mibi videatur non diu versatus in Theophrasti & Galeni lectione, aut de plantis iis scripsisse, quarum non certam ha-
buit cognitionem: nam plura sunt, quæ ejus opinioni refragantur. In primis mihi quidem non dubium est, quin veteres
Græci [¶] $\pi\acute{\iota}\nu\alpha\varsigma$ pro pinu, & [¶] $\pi\acute{\iota}\nu\alpha\varsigma$ pro picea usurpaverint. Neq; certè verisimile est Theodorum, Theophrasti inter-
preterem natione Græcum, & linguæ tum Græcæ, tum Latine peritissimum, ignorasse quid per illa tam usitata &
trita vocabula intelligerent Græci scriptores. Deinde Theophrastus ipse [¶] $\tau\acute{\iota}\varsigma\ \pi\acute{\iota}\nu\alpha\varsigma$ nucem [¶] $\pi\acute{\iota}\nu\alpha\varsigma$ vocat: ex quo
palam fit, eum nomine [¶] $\pi\acute{\iota}\nu\alpha\varsigma$ de pinu, non autem de picea scripsisse. Quandoquidem [¶] $\pi\acute{\iota}\nu\alpha\varsigma$ non aliud designat,
quàm nucem pineam, ut aperte declarat Galenus libro secundo de alimentorum facultatibus his verbis. Nux pinea boni
ac crassi est succi, multumq; nutrit, non tamen facillè coquitur. Appellant autem Græci ipsam non [¶] $\pi\acute{\iota}\nu\alpha\varsigma$ sed [¶] $\pi\acute{\iota}\nu\alpha\varsigma$:

I

Idem

II. PINUS SYLVESTRIS
Montana.Pinorum
Species,
& conti-
necatio:
Pinorum
histor.

candicis summitate circumvagantes, compositi ac firmi foliis, in cacumine aculeati, & in longitudinem protensis, angustis. Noces edit magnas, pomerosas, compactas, solidas, in quibus nuclei concluduntur oblongi ac duro putaminibus conclusi, nigra quadam fuligine obductis. Interior nucleus tenui tunica circumtegitur, flavo colore, quae digitorum attritu facile expellitur: sapor illi dulcis ac jucundus: substantia pinguis, oleosa. Habetur copiosa domestica Pinus in agro Ravennate, non longe ab Adriatici maris litore: habetur & in aliis Italiae locis, & praesertim in caenobiorum hortis & viridariis. Syl-

III. PINUS SYLVESTRIS MUGO. IV. PINUS SYLVESTRIS
Pinus Mugus. Cembro.

vestrium

Idem libro de cibis boni & mali succi, ita scribit. His ipsis plus crassi, non autem mali succi habet nucleus pineus, qui nuxvi vocatur, ipsum vero etiam *γερβιλον* veteres appellant. Item lib. v. i. de simplicium medicament. facultatibus sic inquit: Coni fructus, quem quidem & *coecalon* nominant & *strobilon*, &c. Ad hac commentario quarto, de victus ratione, in morbis acutis, apud eundem hac scripta leguntur. Nempe *νύκτα* ab Hippocrate dictus, non ita, sed *νύκτα* magis ab Antiquis Graecis appellatur, veluti a recentioribus medicis propemodum omni-
bus *γερβιλον*. Galeno denique, ad stipulatur *Σινεον* *Σερβι*, ut-
pote qui nucleos pineos *νύκτα* & *γερβιλον* etiam nomi-
net. Ex quibus utique constare puto contra Bellonii opinionem, Theophrastum sub *νύκτα* vocabulo pinum descripsisse, non pi-
ceam. Nam si Theophrasto pence *strobilum* profert, quem Gale-
nus inter cibos connumerat, non video quomodo is picea fructus
esse possit, cuius nuclei non sunt edendo, Bellonii etiam testimo-
nio. Quod insuper hoc loco per *νύκτα* pinum intelligat Theo-
phrastus, illud maximo esse potest argumento, quod nusquam
picea visa sit urbana, nisi forte & sylvestrium semine ad specta-
culum in hortiis sata. Cuius tamen contrarium deprehenditur
in pinu, quae domestica atque urbana frequentissima conspiciuntur.
Hinc porro factum est, ut Bellonius sua ductus opinione, ex hoc
in alium quoque errorem incidit: quippe illud falsum est, quod
ex teda picea fiat *pix*, ut Bellonius asserit, perperam, meo iudi-
cio, Theophr. hoc loco interpretatus. Siquidem rara admodum
est picea, quae tedam habeat: atque *pix* omnis, cuius est usus, ex
picea tantum teda conficitur in Italia, quemadmodum & in
Bohemia, ubi ingentissima ac frequentissima sunt pinorum syl-
va. Sed iam ad legitimam, veramque Pini historiam venio, quae
sic habet. Pinorum duo genera. Alterum domesticum, alterum
sylvestre. Domestica Pini numerus secundum ramos in proceri
30

- vestriū varia sunt genera, quae in alpina & maritima partiuntur. Alpinorū tria genera. Excelsius ceteris primū, quod copiosissimū habetur, in omnib. Bohemia, Silesia & Polonia sylvis, ac etiā in Tridentino agro, cum in Ananienfibus, tum etiam in Flemenfibus montib. ē quibus sylvani homines picē perpetuū parant. Pinus haec omnib. suis notis domestica fere similis, coma tamen breviori, foliis rudiorib. & acutiorib. est, sed minores edit nuces: sunt enim cupressinis paulo majores, longiores tamen ac compactiores & in acutū desinentes, squamarū congerie domesticū nucib. per omnia similes, resinosae, ac odoratae, autumno debiscentes. Secundū genus Mugū Ananienfibus appellatū, quo Roventa mons in summitate abundat, caudicem nullum edit, sed humotenus ramos a radice fundit, qui humi perpetuū repunt, decem, quindecimve cubitorum spatium. Fructum profert praedicta similem, vel paulo vegetiorem, ac resina magis obductum, odoris non ingrati, nullo intus nucleo, qui mandi possit. Hujusceramīs utuntur incolae ad vasa vinaria cingenda. Nam praeter id quod longissimi habentur flexiles, ac tenaces admodum sunt. Tercium quod Tridentini & Ananienfibus Cembro, & Cirmulo vulgō vocant, provenit frequens in Tridentino agro, tum in Gavia Phoebeae vallis, tum in Flemenfibus, Vulturenae, & Rhetinorum montibus, & in Comitatu Tyrolensi, non longē ab Oeniponte. Id speciosa satis provenit proceritate, ita, ut ad tabulas parandas materiam non modo pulcherrimam praebet, sed etiam odoratam, attamen non tam procerum est, ut alterum genus, nec caudicis cortex, ut in ceteris pinorum generibus, flavescit, spissiori tamen ac tenuiori coma. Hujus fructus Piceo crassitudine aequē similis est, brevior tamen, resinosus, colore subpurpurascēte, omniumq. fragilior. Concluduntur inter ejus nucamenta nuces, domesticis longē minores, triquetrae, breves, fractu faciles, ut quae dentibus facile cedant: inest his nucleus pusillus, dulcis, albicans sub rufa contextus membrana, non ingratus esui: sapore quadantenus domesticas referentes, nisi quod gustui quandā leviculam relinquunt asperitatem, quod omnium sylvestrium est proprium. Quo facile adducor, ut credam hanc plantam Pinum esse Tarentinam, de qua lib. xv. cap. x. meminit Plinius, digitis (ut ille inquit) fragili putamine, aviumq. expositum furto in arbore. Etenim ita ea nuces fragiles sunt, ut non difficulter ab avibus rostro frangantur. Manat etiam ex hoc genere resina, tum alba, tum odorata, veluti ab aliis sui generis plantis. Tabula ex his parata ad extruenda aedificia Germanis plurimi fiunt, non modō quod pulchra materie, & venarum serie placeant sed quod etiam ut diximus, odoris fragrantia praesent. Id enim ad eorum hypocausta paranda, quibus maximē obfrigidissimam regionis temperiem, & indigent, & utuntur, plurimum affert ornamentis, ac etiam ad alia aedium ornamenta. Marinarum duplex observavi genus, nucum tantum magnitudine ac parvitate differens, ut ex appictis hic imaginibus quisq. facile conjicere poterit. Primum genus folia habet angusta, praelonga, rariq. in capillamenti modum procreta squamosis ubiq. ramis, julus sursum spectantibus. Conos edit ceteris sylvestribus longiores, crassioresq., praeduros, nucamentis in acutum extuberantibus, in quibus inanes concluduntur nuces. Provenit in maritimis Italia, agro cum Pisano, tum Senensi, & (ut audio) apud Calabros. Secundum genus, comosior huic opaciorq. quam alterius, sed brevioribus capillamentis. Strobilos profert majores, longiores, duriores, ac pulchriorres, prominentibus undiquaq. nucamentis, vacuis intus nucibus, ac supervacuis. Nascitur haud longē a mari, iisdem ferē ut altera locis. Omnia in universum genera resinae albam, & odoratam mittunt, in tedam vertuntur, & picem nigram fundunt. Ceterum his quae de sylvestrium pinorum generibus scribit Theophrastus, in nostro climate refragatur, quae sensibus clarissimē patet experientia: siquidem agrestes, quae plurimae in maritimis nostris Senensibus proveniunt, fructum ferunt spitham oblongum, pyramidalem, firmum, ac solidum, nec per se facile debiscentem. Quae verō numerosa virescunt in Ananienfibus, reliquisq. Tridentinis montibus, ac etiam in Bohemia, Moravia, Poloniaq. fructu constant parvo, brevi, qui quam primum aruerit, affatim debiscit, & ex arbore decidit. Sed id evenire existimamus, climatum & regionum varietate, vel etiam quod maritima plura sint genera. Bellonius, cujus paulo antē meminimus, libro de arboribus resiniferis hoc pini genus (quantum ex ejus verbis colligere potui) pinastrum esse censet. Sed non recte, mea quidem sententia: namq. pinastrer, Plinio lib. xvi. cap. x. auctore, nihil aliud est, quam pinus sylvestris, mira altitudine, gigniturq. non modō in montib. sed etiam in planis, Bellonio verō contra, pinastrer pino humilior est: & plana, & montium supercilia prorsus respuit, nec alibi provenit, praeterquam in excelsissimis montium jugis. Huic profectō ut quis adstipularetur, fortasse ex eo adduci posset, quod peregrinationi quam ille in Asiam, Graciam, Syriam, Aegyptū, aliasq. regiones se fecisse fateatur, plura tribuere vellet, quam probatissimorum auctorum scriptis, quibus saepe Bellonius perperam refragatur, ita ut suam putet auctoritatem illis praefereendam esse. Sed ego miror, quod mihi relatum sit virum hunc esse vulgaris peritia, neq. tot loca peragrasse, quot ejus scripta perhibent. Quod autem ad rem nostram attinet, Bellonius ubi pinastrer historiam exorditur, hanc pinastrer vocem ex versione Latina frequenter legisse ait apud Theophrastum, sed non propterea Theophrastum eam agnovisse plantam, quod non nascatur in Gracia, aut Asia montibus: atq. ideo nullum esse ex Gracis auctoribus, qui de pinaastro, aut pinu sylvestri meminerit. Sed quanta sit hujus boni viri arrogantia, & in Gracorum auctorum lectione negligentia, antea explicavimus, ubi ex Theophrasto scripsimus duo esse pini genera, unum urbanum, alterum sylvestre. Veruntamen si is mordicus suam tenuerit opinionem, quod scilicet Theophrasto πινος piceam significet, non pinum, & quod ex consequenti idem hic de picea sylvestri sit locutus, demus illi ita esse, quid respondebit ad illa Theophrasti loca, in quibus πινος & πικρα leguntur? mehercule nihil, quantum reor. Subjiciamus ergo quae Theophrastus lib. iii. cap. iiii. de plantarum historia in censu arborum quae in montibus nascuntur, contra Bellonii sententiam posteritati memoriae prodidit, iis verbis. Ἰδὲ δὲ τὰ τοιαῦτα τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι πικρὰ καὶ πινος. Manu doli xlv idē, πινος: πινος & πικρα, hoc est, Montibus autem propria sunt illa, quae in planis non proveniunt. Macedonia abies, picea, pinastrer. Addamus praeterea quae eodem capite, ubi plantarum meminit, quae perpetuo virent, idē sic habet. ἀειφύλλων δὲ τῶν ὄρεων, & ἡ δὲ πικρὰ καὶ πινος. wirtus, wirtus & πικρα, id est. Ergo inter sylvestria perpetuo virent, quae primo volumine retulimus, abies, picea, pinastrer. Ex his itaq. manifestum fieri arbitror, Bellonium multa in Theophrasto oscitanter legisse, plura etiam temere & falsis scriptis tradidisse: ut hinc ipsum inanis gloria, vel alicujus dignitatis cupidum potius, quam veritatis studiosum fuisse facile judicem. Nec minus hallucinatus in his censendis resiniferis arboribus videtur Anguillarius, quippe qui tantum sua ipsius ductus opinione, nullis adductis rationibus, nec auctorum testimoniis, Montanam sylvestremve Pinum, ac eam quam Mugum vocari Ananienfibus diximus, picearum generi ascribit, cum tamen haec a pinis aliis quibuscunq. non, nisi magnitudine, & conorum exiguitate differant, ceteris nihil dissentientibus. Nam omnibus eadem facies, eadem folia, idem flores, eadem germina, eadem ligni materies, idem cortex, eadem resina, idem odor, idemq. sapor. Adde etiam quod haec omnia pinorum genera in tedam vertantur & picem copiosissimam fundant, quod omnium scriptorum consensu pinorum proprium est, non picearum. Nec minus decipitur in censenda Tarentina pinu, quam quibusdam vocari Cembro diximus. Quippe is hanc, suam tantum sententia ductus, Montanam pinum esse censet: sed cum inter cetera pinorum genera, tam sylvestrium, quam urbanarum, nulla habeatur pinus, quae fragiliori sit fructu, quam haec, cadit, peritq. Anguillarii sententia: namq. Theophrasti testimonio sylvestris Montana pinus, nucem edit Maritima compactiorem, duriorioremq. ac minus debiscentem, tan-

Sylvestriū pinorum varia genera.


Pinus Mugus.

Pinus Cembro.

Pinus Tarentina.

Bellonii alia opinio explosa.

Anguillarii lapsus.



Plinii la-
pius.

Teda
confide-
ratio.

Plinii er-
ror, qui
Teda
proptia
arborum
esse cen-
set.
Marcelli
error Pi-
num te-
dam in-
terpreta-
tis.
Plinii er-
ror Teda
Laricis
morbum
volentis.

quam sylvestrior, ac robustior. Catera quae plurimum huiusce hominis sententia refragantur, si quis audire desiderat, legat epistolam priorem nostram ad Clarij. Medicum Ulysses Aldrovandum: ibi enim plura sane reperiet, quae ante a nemine de pino & picea usquam sunt explicata. Caterum non potui non admirari dixisse Plinium, scandulas e pino ad contegendas domos ex omnibus, quae resinam fundunt arboribus aptissimas esse, cum laricem non ignoraret materiei praesentia, duritie, & firmitate, nulli aequiparandam esse. Praterea scribit Theophrastus (nos id quotidie videmus) quod pini interitus est, ut teda fiat. Cujus verba sunt hac loco supra citato. Morbum pinus accidere talem Idai incolae narrant, cum non solum cor, sed etiam pars externa caudicis in tedom transiverit, tunc strangulari quodammodo, quod sponte accidit ubertate arboris largissima, quoad quis conjectare possit: teda enim totum efficitur. Ergo hac pini propria affectio est. Quare autem pinus teda fiat, scribit idem Theophrastus lib. vi. cap. xv. de causis plantarum, sic inquit. Pinus enim radicem agit teda totam refertam, ut ante dictum est. Ratio eadem, quae in animalibus est, quod pars alimenti, quae servuerit, excoctaque sit, quae niam purgatissima est asidet: & collecta, densataque, pinguedinem reddit. Reliquum vero sursum transmissum, partes, quae supra terram eminent, nutrit: non per illam pinguedinem subiens, sed per alios quosdam meatus. Nam quae in tedom omni ex parte mutata sunt, obesitate moriuntur, ut dictum est: cum enim nullum transitum habeant, spiritus strangulantur, sicut animalibus accidit, quae ultra modum pinguerint: hac ille. Caterum quod teda opus sit ad picem conficiendam, non desuit sane ratio, quae etiam arte fieri possit, ita ut pinus non sua utitur, sponte, sed artificio teda fiat. Id enim idem docuit Theophrastus lib. ix. cap. ii. de histor. plantarum, his verbis. Idai ubi arboris caudicem cortice dispoliarint, quod parte solari, binis, aut ternis a terra cubitis facere consuevere, confluxum istuc fieri non sine teda uno cum plurimum anno affirmant. Idque cum securi detraxerint, secundo iterum anno teda locum expleri: & tertio pari modo. Post hac ob eam paulatim in eis suram arborem extenuatam, putrescentemque, humi facile a flatu prostermi, tum ejus cor extrahi (hoc enim tedom maxime praefert) nec non & radicem effodi: hac etiam ille. Quibus palam est contabescere pino, tam sponte, quam arte fieri omnique tedom. Quamobrem putaverim hac in re non parum cecidisse Plinium: quippe qui lib. xvi. cap. x. ubi resiniferas enumerat arbores, tedom propriam, & per se esse arborem censet, cum inquit. Sextum genus est Teda proprie dicta, abundantior succo quam reliqua: parior, liquidiorque, quam picea, flammis ac lumini sacrorum etiam grata. Et lib. eodem cap. xviii. Nunc ait, celeberrimis arborum dictis quadam in universum de cunctis indicanda sunt. Montes amant cedrus, larix, teda, & cetera, e quibus resina gignitur: hac Plin. Verum si quis Plinii defensor diceret per tedom ipsum hoc in loco non aliud intelligere quam pinum, itaque, cum tueri veller, hanc tutelam illud (ut puto) vanam esse ostendit, quod cum eo capite Plin. resiniferas arbores omnes per genera describat, & primum omnium genus pinum faciat, nullo pacto pinum pro teda accepisse videatur, cum sexto resinarum generi tedom postea adscripserit. Hinc sortasse & Marcelli error defluxit, qui in hoc Dioscoridis cap. pinum tedom interpretatur. In hoc etiam versatur errore Adamus Lonic. Ruellium secutus in suo de plantarum historia volumine, ubi fictam potius, quam veram arborem pro teda pinxisse videtur. Sed animadvertendum est, non e pinu tantum fieri tedom, sed ex aliis etiam plantis resinam fundentibus, nempe larice, & picea: a quibus nos in Ananienfibus sylvis pinguis- simam excidimus. Sed in his rara admodum teda est. Quapropter dicebat Theophrastus lib. 4. cap. 5. de historia plantarum, quod in Panto ex sylvestribus desint pinafter, abies, atque picea & omnino quae tedom in sese gerunt. Quibus clare patet, alias praeter pinum arbores esse, quae in tedom contabescunt. Sed quod id morbi magis pino eveniat, quam ceteris, propria pini affectio esse creditur. Quo fit, ut & in hoc Plinium errasse crediderim, qui non pini, sed laricis morbum esse ait, ut

ait, ut tēda fiat: ac eidem omnes attribuit tum vires, tum notas, tum qualitates, quas Theophrastus pino reddidit. Quare cum Ruellius eum sibi familiarissimum ab huiusmodi lapsu vindicare veller, non mirum, inquit, quod in hoc Plinius æquivocatione sit usus, quando & perpetua fronde perinde ac pinus, sit larix, & situs idem in montibus, eademq; facies, minime animadvertens, quā magno ipse quoq; fuerit errore implicitus, quemadmodum & recentiorum alii. Quandoquidem pro certo attestari possum, laricem me vidisse nunquam (etsi centenas laricum sylvas viderim) cui per hyemem folia non deciderent, & quæ tantam contraheret cum pino cognationem, quantam Ruellius tradidit. Itaque ut vera ejus quoq; promulgetur historia, hic ea de larice differemus, quæ & vidimus, & experientia comprobavimus. LARIX igitur arbor est eximia proceritatis, materie æterna, cortice perquam crasso (non autem laviori, quā picea, ut Adamus Lonicerus scribit) in rimas undiq; debiscente, intusq; rubente: ramos gradatim circa stipitem totum emittens, adnatis compluribus salicis more lentis, colore luteo, odore non injucundo: solius gregatur circum ramulos prodeuntibus, densis, oblongis, mollibus, comosis, pineis angustioribus, minimè aculeatis, quæ adventatē hyeme pallida effecta ad caudicis radices decidunt, ibiq; marcescunt: ita ut sola larix inter ceteras resinam fundentes arbores, præta omni algoris immanitate, nuda per hyemem vitā transigat. Novella cupressum prorsum æmuletur, non autem piceam, ut Ruellio placet. Ejus coni (quāquam credidit Plinius laricem sterilem esse) cupressinis admodum similes sunt, molliores tamen, neq; ingratum essant odorem. Veruntamen flores longè odoratiores sunt, qui vere emergentes è ramusculorum cacuminibus, arborem universam mirum in modum condecorant, quippe cum in purpura ardentè rubescant, comantibusq; foliis, miro quodam naturæ artificio annectantur, non parum viatorum oculos remorantur. Ligni materies durissima, præsertimq; rubescens & in caudicis medullis sita: eaq; propter in ædificiis omnibus extruendis, ceteras longè præcellit. Vanum profecto est credere, (ut Plinius, Vitruvius, & recentiorum pleriq; perhibent) quod nec flagret Larix, nec in carbones vertatur, sed veluti calcarium saxum in fornace exuratur. Quin etiam ii proculdubio falluntur, qui horum auctoritate freti, Laricem nostram legitimam haud esse contendunt, quod eam tam facile accendi cernant. Siquidem cum omnium tam antiquorum, quā recentiorum scriptorum consensu, præsertimq; ipsius Plinii, ac Vitruvii, Larix præpinguem, & copiosam resinam fundat, quæ perinde ac bitumen igne admota, quā celerrimè accenditur, ignari sanè hominis est, credere Laricis resinofum, & pinguisimum lignum ignem respuere, quum lapides ipsi, qui propria sua natura flammis accendi nequeunt, ubi tamen bitumine redundant, perinde ac ligna exurantur, editis continuo flammis, quousq; vertantur in cineres. Quod facile testabuntur Flandri, Brabantii, & alii Aquilonares gentes, quæ ob lignorum penuriam hisce tantum lapidibus suos foveant ignes. Si verò plura contra horum sententiam quispiam audire cupiat, legat secundam epistolam nostram ad Clarissimum Medicum Vlysses Aldrovandum. Ibi enim plura reperiet authorum testimonia, quæ nulla dubitatione affirmant, nostratē & antiquorum laricem eandem esse plantam. Malè quidem cum fornacibus ageretur, in quibus sit ferrum in Tridentinis montibus, & in ea præsertim valle Ananiis contermina,

Ruellii error Laricem perpetua fronde esse, Laricis historia.

Plinii error volentis laricem esse sterilem.

Vana Vitruvii, & Plinii de Larice, quod nō flagret, opinio.

Lapides qui accenduntur.

Agaricū larici innascens.

Brasavolus in quercubus Agaricum vidit. Fungi ignarii.

Resina larigna, quæ officinis terebinthina dicitur. Fuchii error circa terebinthina resinam.

VII. LARIX.



quam Solis nuncupant, ac aliis multis Camonica, & Eliotropia vallis fornacibus, in Brixienfi agro, si larigno carbone carent, cuius tibi maxima conflatur copia. Namq; (ut referunt in hac arte periti) nullo alio carbone in fornacem indito, rude ferri metallum tam celeriter colliquescit, quā lariceo: quin & lignum ejus siccum, cum abunde sit resinofum, impetu flagrat perquam vehementi. Quamobrem in Tridentinis montibus laricinis tantum lignis furnos incendunt, tam eos, quibus panis coquitur, quā quibus hypocausta calefiunt. Ceterum selectissimum Agaricum in larice provenit: namq; dejeci, emiq; sapius ab his, qui resinas colligunt præstantissimum agaricum parva quadam securi à laricibus compluribus taxat, sed in aliis arboribus, præsertim glandiferis. Dioscorides, sicuti & Galenus, non satū compertum habet, an Agaricum fungus sit, aut radix, licet asserat in cedro gigni. Brasavolus agaricum Comachii in ilicibus invenisse fatetur, nec non per Galliam equitans, id vidisse ait quercuum caudicibus inherere. Enimverò ipse in tota Hetruria, in aliisq; quamplurimis Italiae locis, deniq; in multis Germaniæ, Carniolæ, Dalmatiæq; provinciis, ubi sylva quercubus, cerris, ilicibus, suberibusq; referta conspicitur, non solū nunquam vidi, sed ne quidem audiui in his agaricum provenire: tamen si illis inherere viderim fungos alios plurimos lignea materie concretos, duos, ac nigros: quibus ubiq; passim fomites fiunt ad suscipiendum ignem, cum è silice chalybe excutitur: quinetiam iis ignitis ad machinulas exonerandas venatores frequentissimè utuntur. Ad hæc quāvis in Tridentinis montibus præsertimq; Ananiensibus, præter Abietes, pinos, larices, & piceas, innumerales adsint quercus, in nulla tamen agaricum, præterquam in larice, nascitur. Porro ex larice etiamnum præstantissima illa resina manat, quæ falsò officinis terebinthina vocatur, cum terebinthina ex terebintho proveniat. Verum cum mercatores præterito jam ævo terebinthinam ad nos minimè asferrent, ob idq; larigna ejus loco uterentur tum medici, tum myropolæ, facile factum est, ut larigna ex usu sibi terebinthinæ nomen vendicaverit. Et quod larigna terebinthinæ nomen & locum antea passim occupaverit, ut etiam hodie in officinis ejusdem, si desit, vicem suppleat, omnibus notissimum arbitror. Attamen Fuchius vir alioqui doctissimus, in libro, quem secundò edidit de compositione medicamentorum, scribit pharmacopœos legitimam terebinthinæ vice abietinam supponere. Quæ in re apertè fallitur, quod omnes (ut dixi) pro terebinthina larignā usurpent. Atqui Galeni tempore liquida picea terebinthina loco vendebatur, ut ipse libro tertio de compositione medicam. per genera memoriæ prodidit, sic inquit. Ex harum genere est & larigna vocata, prædictis planè humi-

dior substantia vero similis liquida picea, quā loco terebinthi institores vendunt, ignorant ibi eas discernere: est autē talis resina odore, gustu & facultate, quam terebinthina acrior. Cum hac igitur & terebinthina, larigna vocata, per similem potentiam obtinet, sed tenuiori substantia, maioreq; discutiendi virtute praedita est. Hanc Tridentini, ac etiam qui in contermin-

VIII. PICEA.

IX. ABIES.



Larix. sunt, vernaculo sermone Larix appellant, deflexa à Larice, à qua emanat, appellatione. Hac tamen sponte sua non defluit, sed qui ipsum colligunt, magno & longo terebro larice caudicem ad medullam usq; per astatem perforant, & inde manantem resinam vasculis quibusdam è piceo cortice paratis excipiunt. Splendidiorem mittunt juvenula arbores, sicuti de thure diximus: turbidiorem vero annosa. Cortex siccatur pini modo. Resina exalfacit, at qui minus quam pinea & abiegna. Hac ad quam plurima experitur medicamenta, & praesertim ad vulnere, ulcerumq; auxilia paranda. Devorata uicula ponere, purgat per inferna. Abstergit, provocat, aperit, glutinat, attrahit. Renes & vesicam expurgat, calculos expellit, & urinam ciet, & praesertim si cum Benedicta simp. sesquidrachma devoretur: devorata articulorum dolores lenit: praestat & ad Gonorrhoeam, ubi absorbeatur, pluries cum aqua plantaginis lota, aut nymphaea, addita selectissimi succini drachma, & corallii vel asplenti, & caphuri momento. Delinqua in eclegmate commodissime auxiliatur tabidis, empycis, ac diuturna tussi laborantibus, purulenta extrahit. Fit ex ea oleum & aqua, destillatorio vase, cum ad plura utile, tum maxime ad recentia vulnera glutinanda plurimum praestans, quin etiam ad nervorum articulorumq; dolores à frigidityte prognatos. Caterum aqua qua in primis distillat, si scrupuli tantum pondere ex vino albo bibatur, ubi ventriculus pituita repletus languet, paulo post eam per vomitum expellit, magno juvamento. Eadem lentigines, varos, albosq; abstergit: cum in facie tum in quacunque alia corporis parte, addito oleo, quod ex vini sace paratur. Praestat quoque ad sinuosa ulcera infusa, & ad vermiculosas aures, addito fellis bubuli momento: quin etiam ad surditatem, una cum oleo suo infusa. Reperitur praeterea in annosis laricum caudicibus prope medullam ipsam, pannum quoddam albicans quandoque, cubiti amplitudine, corio, ex quo chirotheca conficiuntur, adeo persimile, ut vix alterum ab altero discerni possit. Vtuntur hoc incola ad vulnera glutinanda, & ad sanguinis fluores compescendos. Ceterum admodum inter se similes ex his, quae resinae fundunt, arbores sunt PICEA & ABIES, ita ut saepe etiam lignarios fabros fallant. Siquidem eadem utrique proceritas, ambae iidem sunt foliis, oblongis, duris, ac densis: utriusq; ramusculi produntur crucis in morem, à duorum duntaxat ramorum lateribus exeuntes: quod & foliis evenit. Veruntamen hoc tantum discriminis inter se habent, quod picea folia colore sint abiegnis longe nigriora, quin & paululum latiora, molliora, leviora, minusq; pungentia, ac ramos circumquaq; resistentia. Praeterea picea cortex nigrescit, tenax est, lentus & lori modo flexilis, abieti vero albicat, & si flectatur facile perfringitur. Picea rami plerumque ad terram flectuntur: quod in abiegnis non visitur. Ligni deniq; materies picea multo speciosior, ac etiam utilior: habet enim venas rectiores, minusq; nodosus. Ambae conos ferunt spithamae longitudine, nucamentis quamplurimis invicem subintrantibus compactos, in quibus semen est subalbum nulla intus medulla. Picea nascitur in montibus & sylvis. Abies in altis montibus inter Larices & Piceas. Picea fert resinam inter corticem & liquum gummi modo concretam, licet nonnunquam ex ea defluat liquida, larigna similis. Abies vero inter corticem & corticem praestantissimum liquorem illam concludit, quem vulgò LAGRIMO, quasi abietis lachrymam, appellant, de quo veteres nihil (quod equidem sciam) posteritatis memoria prodidere. Nisi quispiam dixerit per abietes lachrymam intellexisse Galenum lib. iii. de comp. med. per genera paulo ante citata, piceam illam liquidam resinam quam proterebinthina institores vendebant. Cuius rei illud indicium esse videtur, quod scribat ipse, hanc & gustu, & odore terebinthina esse persimilem, quod in abiegna lachryma maxime notatur, & quod insuper sit quadantenus terebinthina acrior: namque huiusmodi qualitates in liquida picea resina minime reperiuntur. Quo fit, ut suspicandum putaverim, in his Galeni verbis, librariorum fortasse culpa, men-

**Abietis
lachryma,
an Picea
liquida
Galeni.**

pa, mendum aliquod subesse, licet constet antiquos scriptores in arborum resinas ferentium historia, in quamplurimis inter se differre, & alteram saepe pro altera (ut supra diximus) substituere. Auxit mihi suspicionem hanc Galenus, quippe qui scripserit deinde eodem libro in Euphorbii medicamento, inter resinas ceteris odoratiores haberi terebinthinam, & abiegnam, hancq. illa calidiorē esse. Falluntur autem, qui putant abiegnam lachrymam, clarissimam esse larignam: quandoquidem illa inter abietis cortices vomica modo coacervatur, & secto corio (ut in abscessibus sanie vexatis fieri solet) elicitur: hac verò manat à laricis caudice ad medullam usque perforato, ut ego experientia doctus facile attestari possum. Nam, ut rem omnem hac in historia exactius exploratam haberem, & à Larice larignam, & ab Abiete abiegnam per memet elicere libuit. Sunt qui huic illam admisceant, ut hac impostura magis lucentur, eò quod omnes abiegnam pluris faciunt, quam larignam. Nec desunt qui percolatam larignam, & ad ultimam claritatem redactam pro abiegna venditent, cum rarissimi reperiantur myropola, qui rectius alteram ab altera dignoscant. Sed fraus cognosci potest, quod abietis lachryma substantia minus consistat, odore praestantissimo fragret, & gustui larigna sit amarior: magis excalfacit & eadem praestat valentius, ad annumq. asservata quadantenus flavescit. Ea vulneribus recentibus maximum affert praesidium, quod non solum glutinet, sed & mundet, & sarcotica habeatur. Potè semuncia pondere renum calculos ejicit, arthricos dolores mulcet, coxendicumq. cruciatus lenit: quin & Asthmaticos, suspiriosos & purulentos. Capitis vulnera mirifice sanat, ubi tamen cerebri membrana haud detecta appareat, adeò ut hac sola nonnulli urantur. Additur & in antidotis balsami vice. Cortex exiccat Picea & Pinus modo. Affirmat Ruellius abietis croceum florem innasce: verum in Tridentinis montibus, ubi undiq. ea montes sylvescunt, Abies omnis est & floribus & fructibus infecunda. Sed ut ad piceam nostra redeat oratio, non satis compertum habeo, quam arborem pro Picea intelligat Petrus Bellonius: quanquam ex imagine, quam exhibuit, atque etiam ex notis, quas sua picea assignavit, aliquod pinastri genus intelligere videtur. Ceterum arbor, quam idem sua tantum auctoritate, ne dicam temeritate, ductus, perperam Sapinum vocat, ac abietis similem facit, non est (quantum ego conjicere porui) nisi legitima picea. Quippe hac abietis adeò similis est, ut saepe sylvanos homines, & lignarios fabros fallat, ut supra dictum est. Idcirco Plinius lib. 16. cap. 24. eadem folia reddidit picea & abietis, sic inquit: insecta pectinum modo (intellige, folia sunt) picea, abietis, is etiam idem Taxum similem fecit eodem lib. cap. 10. quem admodum & Dioscorides libro 4. Taxum autem (ut observavimus) maxime foliis amulatur picea, quam magno & pudendo errore Bellonius Sapinum appellat: nam Sapinus, teste Plinio, pars tantum est in abiete, ut ejus verba declarant lib. 16. cap. 39. ubi ita scribit. Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est. Hac quæ diximus, ratione fluviata decorticatur, atque ita Sapinus vocatur, superior pars nodosa duriorq. substerna. Quibus utique Plinii verbis palam est Sapinum non esse per se arborem, sed tantum abietis partem, sicuti etiam Vitruvius testatur. Verum Bellonius, quod audierit tam piceam, quam abietem indifferenter du Sapin suis Gallis nominari, hanc fortè vulgarem & confusam nomenclationem secutus, ut eam veram putavit, ita etiam piceam Sapinum appellavit. Sed is mihi quidem non videtur in Plinio rectè considerasse resiniferarum plantarum historiam, neq. in Theophrasto cognovisse quid *πίκνον* & *πίτρον* significarent, neque etiam animadvertisse, quod hæc duæ voces saepe à Græcis una pro altera usurpentur. Sed hic suffus, quam deceat, aliquot Bellonii errata persecuti sumus: alius enim locus erit, nisi quid mihi humanitus accidat, ubi alia plura in hoc genere consuleto tractabimus. Ceterum his expeditis, jam tempus admonet, ut de nucleis pineis, & eorum viribus agamus, quinetiam de recenti pini nucle. Siquidem aqua, è viridibus pinorum nucleis, quas conos vocant, destillatorio vase parata, rugas in facie delet & mammas admodum in virginibus extuberantes cohibet, ubi linteolis in ea madefactis sapius fovantur: eadem vulvam angustiorē reddit infusa, & à fluxionibus tuetur, sed longè ad hoc efficacior est succus. Nuclei autem è domesticis nucleis exempti humano corpori magno sunt usui. Sunt enim in suis qualitatibus temperamento proximi, paululum tamen ad calidum inclinantes. Maturant, leniunt, agglutinant, resolvunt, & impinguant, & leviuscula quadam acrimonia mordicant: belle nutriunt, ac quamvis crassiusculum potius quam tenue prabeant alimentum, non tamen improbantur: emendant enim humiditates in intestinis putrescentes, egre tamen concoquantur: ideoq. naturæ frigidis dari debent cum melle, calidis autem cum saccharo, id enim corrigit eorum contumaciam. Ceterum ubi tepenti aqua macerantur, acrimoniam exuunt, & oleosam quam possident qualitatem. Sanant, frequenter devorati, nervorum ac dorsi dolores. Dantur utiliter Ischiadicis, paralyticis, stupidis, & tremore affectis. Pulmones mundant, & ejus ulcera, humores lentos, & saniem inde expurgantes: propinquantur iusientibus. Remorantem excitant Venerem, aqua tepida prius macerati, & deinde saccharo, aut melle excepti, & devorati. Praestant quoque ad renum & vesicæ ulcera: ideoq. opitulantur urina cum stillicidiis, tum etiam ardoribus. Impinguant macilentos, & sanant ventriculi erosiones, cum succo portulacæ hausti. Ceterum viridis pini acicula contritæ, ex vino optimo potui data, cordis dolorem sedant: sed à pinguibus egros abstinere oportet. Pini Conorum cortices in aceto acerrimo decocti, perquam utiliter suffiuntur dysentericis. Pini sylvestris cortex, sicciore praestat facultate, ut resina, calidiorē quam domestica. Folia, cortex, resina, nuges eadem prestare possunt, quæ in domestica diximus, ac etiam valentius. At Mugo eadem sunt qualitates, quæ ceteris pini generibus. Iisdem quoque viribus pollet, quibus & cetera pinorum genera. Sic & Cembro qualitate & viribus à ceteris pini generibus non variat. Maritima cortex mitius exsiccat, minusq. resina excalfacit quam ceterorum sylvestrium. Eadem quæ ceteris illi sunt facultates. Utuntur incolæ pinguisima ejus materie ad nocturnas faces. Maritima altera, qualitate & viribus à ceteris haud differre videtur. Arbor, quæ pleriq. Græcis *πίτρον*, Latinis Pinus appellatur: Arabibus, *Sonabar*: Italis, *Pino*: Germanis, *Harzbaum* & *Nichtbaum*: Hispanis, *Pino*: Gallis, *Pin*: Bohemis, *Borouhit*: Polonis *Soszan*. Pinus sylvestris, Græcis, *πίτρον* & *πίκνον*: Italicè, *Pino salvatico*: Germanicè, *Wild Nichtbaum*: Gallicè, *Pin sauvage*. Pinus sylvestris altera, Ananienfibus Mugo: Latinis, Pinus sylvestris repens: at Græcis quod stipite careat *πίτρον* & *πίκνον* vocari poterit. Pinus sylvestris, Cembro & Cermolo Ananienfibus: Pinus Tarentina Plinio, Pinus maritima, Græcis *δάσος* & *πίτρον*: Italis, *Pino Marino*. Quæ autè Græcè *πίκνον*, Latine Picea nominatur: Arabicè, *Arz*: Italicè, *Pezzo*: Germanicè, *rot Thannenbaum*: Hispanicè *Pino negro*: Gallicè, *Vn arbre du gendre du pin*. Pesse, Pignet, sive Garipool. Quæ deinde Græco nomine *δάσος*, Latino item Larix: Italicè, Larice: & Germanico *Erchenbaum* vocatur: Gallis, *Melze*, sive *Meleze*. Quæ deniq. Græcis *δάσος*, Latinis Abies dicitur: Italis, Abete: Germ. *Thannen* sive *Thannenbaum* Gal. *Sapin*.

Magna est controversia ratione interpretū in vocabulo *πίτρον* & *πίκνον*: quia interdum *πίτρον* Pinū, interdum Piceā: & *πίκνον* piceā: interdum pinū verterunt. Sic Gaza est in Theophrasto *πίκνον* pinū, & *πίτρον* piceam reddiderit, attamē & ipsa *πίτρον*, Laricē est interpretatus, Pliniū sequutus, quē & Marcellus sequitur, qui præterea *πίκνον* Tēdā reddidit: sed & in Græcia & Maced. *πίτρον* nō *πίκνον* arbores, sua nomina permutabat. Verū dicimus *πίκνον* Theop. esse Pinū, & *πίτρον* piceam: probatur ex Theophrasto 3. hist. plāt. 10. qui *πίκνον* probatur, nucē *πίκνον* appellat, quod nucē pineā significat, quæ edulis est, attestatē Gal. 2. de fac. al. 7. simpl. & cl. de

Error eo-
rum qui
abiegnā
lachrymā
larignam
centent.
Abiegna
lac. ut a-
dultere-
tur, ejus
vires.

Ruellius
croceum
florem
abietis
tribuit.
Bellonii
Sapinus
est Picea.

Bellonii
error Sa-
pinum
arborem
statuētis.

Pinearū
Nucum
facult.
Nucleo-
rum pi-
neorum
vires.

Nomina.

πίκνον an
sit Pinus
vel Picea.
πίκνον
Pinū esse
probat.

mali succi alimentis: altera probatio, ex libro de causis plantarū Theophrasti defumitur, ubi ² *πέντε* duo constituuntur genera, fativa & sylvestris: jam verò Pinum coli, notissimum est, non autem piceam: tum divisit *τὸν πίνον* in Ideam & Maritimam: at Picea solū in frigidis & excelsis montibus provenit: tandem *ἐν τῷ πίνον* copiosam picem fieri scribit, earumque proprium ut in tedam abeant: jam verò expinorum assulis tedaque picis copiam colligi, norunt alpiū incolæ. Subjiciamus nomina. I. Pinus Sativa C.B. & Dod. gal. Lugd. Pinus urbana folio perpetuo, Theoph. Pinus, Plinio: sic & Brūf. Trag. Cord. in Diosc. Lon. Gef. Dod. Bellon. Lac. Cast. Cæf. Pinus domestica Tab. Pinus vulgarissima Lobelo. In hoc genere datur mas & fœmina: illa enim nucem fert rotundiorē, hæc longiorē. Adferuntur nunc ex nova Hispania pinei nuclei cathartici, pineis nucleis similes, in strobilis magnis, at molliore & nigriore putamine: Indi quinque aut sex tritos, in vino loco cathartici assumunt: de quibus Monardis & ex eo Lugdunensis historia. II. Pinus sylvestris duplex est, alia fructifera, alia sterilis: fructifera alia est montana, alia maritima: montana triplex, fativæ similis, altera quæ Tubulus Plinii, & tertia quæ Teda arbor. Maritima duplex, major & minor. Sterilis etiam duplex, major & minor. Pinus sylvestris fativæ similis C.B. quando enim sponte provenit pinus, tū Pinafter dicitur, Plinio auctore: hinc Pinafter, Brūf. Trago, Lob. (cui & Pinus sylv. montana Theop.) Cæf. Thal. Pinus sylvestris sive Pinafter, Dod. gal. & fol. Cord. in Diosc. Gef. hor. Pinus sylv. fructifera, Lug. Pinus sylv. montana, Taber. Hæc in multis Hispaniæ & Lusitaniæ montibus crevit adeo fructuosa, ut inde copia nucum pinearum in Galliam adferatur. III. Pinus sylvestris humilis seu repens. C.B. quia sine caudice rami in terram sparsi sunt tubulorum modo, quare Tubulus Plinio, licet quibusdam in exemplaribus legatur Tibulus, in aliis Stubulus. Pinus sylvestris altera, Dodo. gal. & fol. quoad iconem, quoad descriptionem tertia. Pinus sylvestris Mugo, Lobel. Tab. Pinus tubulus, Lugd. Pinus sylvestr. repens, Matth. in iconibus. IV. Pinus sylv. montana tertia. C.B. an Teda arbor fructifera Plinio? Pinus sylv. tertia, Dod. gall. Pinus sylv. altera species, Ital. Cembro, Dod. Pinafter, Bellonio: Teda arbor, Lugd. Pinus sylv. Cembro, Tab. Pinus Tarentina Plinii, Matth. icon. Nuclei parvi trianguli forma, quos putant à Plinio Tarentinas nuces appellatas lib. 15. cap. 10. quo loci nucum pinearum genera recenset: non autem quod censuerit Pini genus aliquod Tarentinum, ut quidam existimant, sed quod hæc nuces Tarento Romæ veherentur. V. Pinus maritima longioribus fetis C.B. Pinus sylv. quinta Dod. gal. Pinus maritima major Dod. Pinus maritima Theoph. Lob. Pinus maritima Lugd. & Taber. cui prima. VI. Pinus maritima altera C.B. sic & Matth. Lugd. Taber. Pinus sylv. 4. & Pino Idææ Theophrasti similis, Dod. gal. Pinus Idæa Theophrasti, Lob. Hæc duo genera potissimum nucum magnitudine differunt. Pinus sylvestris sterilis dicitur, non quod nullū edat fructum, cum conos ferat, sed quod nuclei edules non sint: qua de re Clus. histor. Hispan. & ex eo Lobelus, Dodonæus, & Lugdunensis historia. Præter hæc Pini genera, Clusius histo. Pannonica, meminit Pinastris latifolii julis virentibus aut pallescentibus: dein tenuifolii julo purpurascens: tum pumilionis qui conos sursum spectantes habet. VII. Laricem nusquam in Græcia nasci, idcirco Theophrasto ignotam, statuunt: attamen quidam Pinum urbanam folio deciduo apud Theophrastum censet: dicitur Larix, Brunf. Lon. Lac. Bellon. Fuch. Dod. gall. & folio, Cord. in Diosc. & hist. Gefn. hor. Lob. Cast. Lugd. Cam. hor. Taber. Abies tertia & Larix, Trag. Pini sylvestre genus, cui hyeme folia decidunt, Cæf. hujus lachryma seu resina liquida pro Terebinthina venditur: in hac etiam sola Agaricum utile nascitur, de quo libro tertio agitur. VIII. Piceæ vox ab aliquibus Abieti & contra tribuitur, *πίκρος* Theophrasto, (quamvis Gaza aliquando Laricem vertat) & veteribus: sunt qui à *πίκρος* derivatam putent, quod hæc arbor, præ cæteris picem stillantibus, magnam copiam fundat: siquidem inter corticem & lignum gummi resinæ modò concrescat, ac nonnunquam etiam liquida effluat. Dicitur Picea, Brunf. Lac. Cord. in Diosc. Lob. Cast. Cæf. (qui Tedam Plinii statuit) Thal. Tab. Lugd. Abies prima & rubra Trag. Abies fœmina & sapinum, (eò quod Gallis Sapin dicatur) Bellon. sequutus Lacuna, Sapini nomine proponit iconem Bellonii. Picea & Abies rubra, Gef. Lon. Picea Plinii, Abies mascula Theophrasti, Clus. Pannon. Habet ex Bellonio Dodonæus edit. gall. aliam Abietis figuram, cujus rami sursum spectant, quam editione Latinâ pro Abiete altera proposuit: à Bellonio de Coniferis & in iconibus, Abies legitima & mas, Lacunæ Abies, & Abietes pilari, du choul in descriptione Pilari nominat, & ex eo Lugd. Verum de his & similibus plenius suo loco. Sic & Clusius historia Pannonica Piceam pumiliolum desinentibus, quæ matura dehiscencia concavas cellulas ostendant, proponit. IX. Quam Abietem Plinius, Theophrastus *ἐλάτην* nominat, vulgò Abies dicitur, ut Brunf. Bellon. Lac. Cord. Cast. Lob. Cæsalp. Lugd. Taber. Abies Candida Trago: Abies fœmina Anguill. Picea, Dodon. Abies Plinii & Abies fœmina Theophrasti, Clus. Panno.

Σχίζος.


LENTISCVS.

CAP. LXXV.

LENTISCVS nota arbor est, cui toti vis inest adstringendi: femini enim, folio, ramo, cortici radicibusque cognatæ insunt vires. Liquamentum autem ita fieri solet. Folia, cortex, & radix in aqua coquantur, & ubi abundè cocta, refrigerataque sunt, folia abjiciuntur: aqua denuò coquitur, donec mellis habeat crassitudinem. Lentiscus sua adstringendi dote, valet adversus sanguinis rejectiones, alvi profluvia, & dysenterias in potu: item contra eruptionem sanguinis è vulva, & ejusdem, aut sedis procidentia. Intotum Acaciæ, & hypocistidis vicem repræsentat. Idem facit succus è tritis foliis. Decoctum foru cava explet, & fracta ossa ferruminat, vulvæ fluxiones sistit, nomas arcet, urinam pellit, motus dentium collutione stabilit. Virentes furculi calamulorum vice dentibus repurgandis affricantur. Fit è semine oleum astringentem vim habens: quod prodest, cum quid adstringi opus est. Lentiscus resinam gignit, quæ lentiscina cognominatur, & ab aliquibus mastiche. Pota utilis est sanguinem rejicientibus, & tussi veteri: stomacho auxiliatur, sed ructum movet, additur in dentifricia, & illitiones faciei, ad nitorē cuti conciliandum: palpebras oculis incommodas replicat, manducata halitum oris commendat, gingivas contrahit. Optima

Optima, & copiosissima in insula Chio provenit. Præfertur, & nitedulæ modo resplendescens, & candore Tyrrenicæ ceræ similis, adulta, b[et] retorrída] friabilis, odorata, stridorem edens. Viridis autem inferior est. Adulteratur thuris, resinæque pineæ nuci mistura.

I. LENTISCUS.



Lentiscus in Italia frequentissima nascitur, præsertimq[ue] in Hetruria maritima nostris Senensibus. Gignitur in collis p[er] Romanorum adificiis, ac rudibus: quineriam in tractu Tyrreni ubiq[ue] copiosa oritur, in Campania maxime. Caterum Lentisci nonnullæ sunt plantæ, quæ in arborem media proceritatis assurgunt: nonnullæ verò humiles, quæ nullo grandiore caudice à radicibus sublato, sed virgultis stolonibusq[ue], innumeris corylorum sylvestrium modo disiliunt: veruntamen Lentiscus tum ramis, tum foliis densior constat, magisq[ue] virgultorum cacuminibus ad terram desleclitur. Foliis utraq[ue] est Myrto æmulis, octo ex uno pediculo prodeuntibus, pari utraq[ue] exortu graveolentibus, pinguib[us], friabilib[us], & in obscurum virentibus, in ambitu tamen rubent, sicuti & quibusdam venulis: perpetua fronde vivit. Cortice est subrufo, lento, tenaci, flexibilisq[ue]. Profert terebinthi modo, præter racemosos fructus rubentesq[ue], in unum modum, è quibus oleum elicitur, folliculos corniculi modo intortos, in quibus includitur liquor limpidus: qui tandem veterascens vertitur in bestiolas iis per similes, quæ ex ulmi, & terebinthi folliculis evolvunt. Totæ plantæ graviter olet: quapropter nonnulli, quod olfactu caput aggravet, ipsam devitant. Sed Lentiscum, quæ roboris magnitudine proveniat, folio sorbi, acinis sylvestris punice rubentibus, ut Ruellius scribit, hæcenus non vidi, nec id unquam me legisse meminisse apud probatos auctores. Idcirco Ruellium hæc in re hallucinatum crediderim, quemadmodum & Hermolaum, qui ea esse lentisci folia existimat, quibus coriari Venetis pelles conficiunt, vulgo proprie appellatæ foglia. Siquidem plantæ à qua hæc folia decerpuntur, maxime a lentisco differt, et si cum terebinthino aliquam habeat similitudinem. Fert etiam Lentiscus Italica mastichen, ut ipse attestari possum: sed rava admodum, nec Chia comparanda. Itaq[ue] immerito à nonnullis no-

Græcè uno verbo λέπιδος. Et fulva leg. Orib. Lentisci consideratio, & historia.

Lentiscus roboris magnitudine. Ruell. & Hermolaus lapsus.

Mastiches consideratio.

Mastichæ Indica.

Mastichi cura.

Mastichæ vires.

Lentisci vires ex Galeno.

Mastiches vires ex Galeno.

Mastiches nigra.

Caphura ut adulteretur. Caphura historia, & generatio.

propin-

tatur Avicenna, quod Mastichen Italicam memoria prodiderit. Quippe quod ii, qui majori in errore versantur, existimaverint non alibi fortasse, quam in Chio nasci. Indicam mastichen è spinosa quadam plantæ manare, non solum Theophrastus, sed etiam alii tradidere, quemadmodum & Plinius qui lib. 12. cap. 17. non modo Chia mastiches meminit, sed aliarum quoq[ue], quæ in Arabia, Asia, Græcia, Pontoq[ue] proveniunt. Quæ ad nos comportatur, & in universam ferè Europam, in Chio tantum, 40 Aegæi maris insula, provenit, ex domesticis solum lentisci plantis, vulnerato quotannis arboris trunco. Fluit enim inde Mastiche, & in terra circumspavita concrescit. Mastiches id omne quod in tota Insula provenit, Reipublica debetur, quo fit ut qui vindemiæ tempore propriis in agris Mastichen colligunt, id totum absq[ue] dolo in cōmune ferant. Multantur scilicet manu, qui Lentiscum Mastichen fundentem in proprio, vel alieno agro exciderit, tanta est Mastiches cura, & reverentia apud Chios. Nec ab re quidem, cum illi tantum Mundus ferè universus tam necessarium ac salubre medicamentum acceptum referat. Audio etiam in Creta lentiscum Mastichen fundere, sed slaviam, amaram, & Chia longe deteriolem. Restrigit Mastiche sanguinem è naribus manantem, si una cum Thure, sanguine draconis, & leporinis pilis combustis, excipiat[ur] ovi albo, & fronti applicetur, fascia superposita, quæ arte constringat. Mandatur una cum cera odorata ad dentium dolores, & ad pituitam à capite trabendam. Tollit, mulcetq[ue], mastiche frigidos articulorum dolores, si una cum cumino, pulegio, salvia, lauri baccis, & sabina, melle excipiat[ur], & dolorifico loco applicetur: valet ad ventriculi dolores, ubi affectus iturus 50 dormitum tres mastiches grumos devoraverit: non solum enim hoc medicamento tollitur dolor, sed fit quoq[ue], ne post hæc sentiat[ur]. Lentisci meminit Galenus lib. 8. de simpl. med. facultatibus, sic inquit. Lentiscus facultate ex aqua essentia leviter calida, & terrena frigida non pauca compositus est, ob quam & moderate adstringit. Desiccatur igitur secundo ordine completo, aut tertio incipiente: in caliditate, & frigiditate differentia quodammodo est medius, & symmetrus. Similem omnibus sui partibus adstrictionem obinet in radicibus, ramis, extremis turionibus, germinibus, ac foliis, præterea fructu, & cortice: ac si succum ex foliis ejus viridibus exprimas, similis hic ordinis est, moderate adstringens. Itaq[ue] bibitur & per se, & cum aliis medicamentis, quæ dysenterias, & alvi affectus sanant: quin & ad sanguinis exspuiones, sanguinisq[ue] ex utero eruptiones, tum sedis, vulvæq[ue] proci dentias idoneus est, utpote ad hypocistida nonnihil propè accedens. Meminit idem & mastiches lib. 7. simpl. med. his verbis. Mastiche candida quidem, & Chia consueti more cognominata, quodammodo ex contrariis composita facultatibus est, adstringente videlicet, & emolliente. Proinde stomachi, ventris, intestinorum, 60 jecorisq[ue], inflammationibus competit, utputa secundo ordine exalfaciens, & desiccans. Nigra verò quæ Aegyptia cognominatur, tum magis desiccatur, tum minus adstrictoria facultatis est particeps: quamobrem aptior est ad ea, quæ validiorem digestionem per balitum exposcunt: hæc igitur ratione & surunculis bonum est remedium. Porro oleum, unguentumq[ue], mastichinum ex Chia conficitur, non admodum sanè ex Aegyptia: caterum similis est & ipsum masticha facultatis. Hæc de lentisco, & mastiche Galenus posteritati memoria prodidit. Sed cum mastiche mihi Caphuram in memoriam redegerit, quod certò sciam, eam mastiche, ardenti aqua, Zedoariaq[ue], ab impostoribus adulterari, cumq[ue] Dioscorides, Galenus, & cæteri illius seculi scriptores ipsam non solum non adnotaverint, sed ne noverint quidem, silentio minime dissimulandum fore putavimus, quò magis legentibus satisfiat, quantum tum à Serapione, tum etià ab his, qui meridionale plagam, & India ora hoc ævo navigationib[us] perlustrarunt, memoria proditum est. CAPHURA igitur est gummi arboris cujusdā in India nascentis tanta magnitudine, ac proceritate, ut sub ejus umbra hominū centuria recondi possint. Nascitur hæc arbor in montib[us] mari propin-

propinquis: materie levi, ferulacea, qua prodit Caphura. Hujus largioris proventus augurium est, cum frequentibus cælum fulgetris coruscat, aut crebro tonitru constrepit, vel cum terra motu concutitur. Hujus multa traduntur genera. Una in intervenis ligni, lamellarum modo impacta figitur. Alia foras emergit cortice abrupto, veluti resina, illud, gummi modo inhaeret, maculis inter initia rubentibus, postmodum vel calore solis extosta, vel ignium vi candescit: hanc sumpro à rege quodam Riach illius loci nomine, indigena Riachinam appellant: quandoquidem is primus dealbando Caphuram rationem adinvenit. Hac ceteris & bonitate, & tenuitate praeferat, longioris, perdurat tempore. Alia crassior, nec pellucens, atro colore, proinde bonitate cedens. Tertia vilior reperitur, fusco colore. Succedit huic impurius alia, quae arboris scobe, ramentis, & assulis implicita, gummi more agglutinata lente scit, tuberculo amara nucis, aut fabae aut ciceris. Hanc pontificum, & sacerdotum suffimentis, sicut thuris, & myrrham, costumq, in templis dicant. Sed haec omnes in duo tantum fastigia rediguntur, in rudem, & elaboratam: siquidem rudis est Caphura omni ignem non experta: elaborata verò, quae solis, vel ignis ardore excocta, atq, purgata album contraxit colorem, utpote & cera. Fuchsius lib. primo de componendis medicamentis, putat Caphuram esse bituminis Indici genus, quod scripserit Serapio auctoritate Almazodi, largioris Caphura proventus augurium esse, cum cælum crebris fulgetris coruscat, aut plurimus strepit tonitruus, vel cum regio, in qua provenit, terramotu concutitur: argumento, quod similiter ex terra concussu magna tum sulphuris, tum bituminis copia profundi soleat. Sed dissentit ab eo opinio nostra, quandoquidem nec Serapionis, nec aliorum quorumcumq, hanc fuisse sententiam existimem: cum tam ipse, quam ceteri, qui de Caphura scripsere, arboris cujusdam vastissima proceritatis gummi, vel resinam Caphuram esse scribant. His accedit quod ex omni bituminum genere per alembicum (ut Chimista vocant) oleum & aqua elici potest, id quod ex caphura, haud quaquam succedit. Siquidem ea hydrargyri modo ad vasis cacumen ascendit ibiq, tota purior facta coheret. Nimirum oscitantur de hac scripsisse videtur Platearius Salernitanus: quippe qui Caphuram gummi arboris esse insciatur, Dioscoridis & compendium testimonio, ex succo cujusdam herbae fieri tradens. Quod profecto falsum est, cum nullibi Caphura meminerit Dioscorides. Eam autem esse gummi non solum Avicenna, & Serapionis testimonio probatur, sed & Lusitanorum, qui nostro aeo per meridiem ad Calicut orientalis Indiae emporium navigant. Credidere Serapio, & Avicenna, Caphuram tertio abscissa & siccata, & refrigerare: quae tamen cum vehementer etiam in aquam projecta conflagret, sit perquam odorata, & adeo tenuium partium, ut saepe per se in auram evanescat, illis reclamare videtur. Quo fit, ut quis suspicari possit, aut legitimam Caphuram ad nos non advehi, aut hoc loco Arabum monumenta (ut in aliis quam plurimis) esse vitiosa. Capitis dolores (si tamen in hac parte credendum est Mauritani) ex calore provenientes, Caphura illita mulcet: incandescentes inflammationes restringit, praesertimq, jecinoris. Renes & seminaria vasa refrigerat, sanguinemq, cogit. Circumlitibus imponitur ad cutis nitorem conciliandum, & ad arcendas tam vulnerum, quam ulcerum inflammationes. Erysipelas extinguit, & adversus gonorrhoeam, & albas vulvae fluxiones efficax est cum succino, & aqua nymphae hausta. Idem praestat pubi, seu imo ventri, testibus, renibusq, illita: quae tamen antea psyllii seminis spissamento, aut omphacio, aut solani succo probe sit macerata. Sanguinem è naribus profluentem sistit, aut cum urtica semine immissa, aut ex majoris sedi, & plantaginis succo fronti circumlita. Collyriis ad calidas oculorum lippitudines utiliter imponitur. Renibus ac testibus illita venerem extinguit. Corpora à putredine praeservat: proinde commode antidotis admiscetur, quae contra venena, venenosorum animalium ictum, & pestilentes affectus consueverunt. Caphura una cum Chrysocolla, quae utuntur aurifabri, trita, & cum melle illita, faciei cutim clariorem splendidioremq, reddit. Eadem trita uncia pondere cum sulphuris equali portione, additis myrrhae, thurisq, cujusq, quaternis drachmis, & aquae rosarum libra, & vitreo vase exceptis omnibus, diebusq, decem in solatu remedium est praestantissimum ad faciei ruborem pustulis scatentem, si cum hac aqua saepe lavetur. In universum viribus innumeris pollet, quas brevitati consulentes praetermittimus. Legitima probatio talis est. In calido pane è furno recentissime sublato, bipartitoq, manibus scisso, Caphura ponatur: quod si humore madeat, syncera est argumentum: sin contra perarescat, spuria ac factitia signum. Ceterum nisi diligenter asservetur, ex operculatis etiam capsulis nonnunquam evanescit: itaq, saepe deluduntur septastarii. Asservatur tamen secure vase marmoreo, aut alabastrino, lini & psyllii semine sepulta. Nec desunt, qui eam pipere felicius asservari putent, quod nec plane comprobandum videtur. Venetias Caphuram omnem rudem important, ibiq, igne, & arte vitreis organis elaboratur, sic ut candescat, atq, pelluceat. Ex hinc Græcis, Lentiscus Latinis appellatur: Davu, Arabibus: Lentisco, Italis: Mata, aut Arveria, Hispanis: Lentisq, Gallis. Germanis, Mastixbaum. Hujus resina vocatur Græce vo-catur: Latine, Mastiche, aut Resina lentiscina: Arabicè, Mastech, Mastech, sive Mastoche: Italicè, Mastice: Germanicè ac Gallicè, Mastic: Hispanicè, Almafiga. Quod Arabibus Kaphor, seu Casur, recentioribus Græcis καφύρα, ut etiam Latinis Caphura nominatur: Italis, Camphora: Germanis, Bampfer: Gallis, Camphre.

Lentiscus καφύρα dicitur (non καφύρα, quod est Juncus aromaticus seu Squinanthum officinarum) quasi καφύρα filialis, quod facile & frequenter findatur in dentiscalpia. At lentiscus, fortè quod folia ejus lentore quodam lentescant. Arbor Mastiches, eò quod Mastichen ferat, dici posset: est enim ex resiniferarum genere, à quibus tamen foliis differt. Arbor, Lentiscus dicitur herbariis omnibus: at baccas sive fructus, Hippocrates libro de natura muliebri, appellat. Sic resina quae ex trunco vulnerato primum liquida destillat, dein paulatim in guttas densatur foris candida aut flavescens, propter inhaerentem pulverem, quo absterfo propemodum crystallina & translucens, dicitur Resina Lentiscina, Mastiche & officinis Mastix, Arabibus Gluten Romanum, quae optima in Chio provenit: hinc factum, ut apud Græcos saepe chia simpliciter pro Mastiche scriptum reperitur. Duplex est, alia propriè Mastiche dicta, alia improprie. Proprie dicta est ea quae ex Lentisco effluit, haecq, vel alba, vel viridis Dioscoridi: vel ut Galenus, alia alba, quae Chia, alia nigra, quae Aegyptia: habetur & Cretensis quae flava est & amara: apud Italos exiguum fundunt. Improprie dicta est ea, quae ex spinosa planta emanat, ut habet Theophrastus 6. hist. 4. vel ut Plinius ex humili spina: quae planta Chamæleon albus Dioscoridi lib. 3. dicitur: qui scribit Ixion aliquibus idè vocari, quod quibusdam in locis viscum circa radicem ejus reperiatur, quo pro Mastiche utantur mulieres: & Theophrastus Acanthiden Mastichen vocat, Gaza spinalem vertit. Est & altera arbor, quam LENTISCUM PERUVIANAM vocamus, quae Lentisco similis, ramosa, ramis obsequiosis deorsum spectantibus, cortice subrufo & rugoso rectis: foliis lentisci modo integris, sed acuminatioribus. utrinq, binis non tamè sibi ex opposito respondentibus. quindecim, septendecim & etià novendecim ab uno pediculo coherentibus, saturatè virentibus, per quorum mediū linea subalbicans excurrit & ad latera ventulae quasi rugosè discurrunt, quae inferna parte potissimum conspiciuntur, haec trita non ingratum spirant odorem. Flores qui in ramorū summitatibus conspiciuntur, ramulis palmaribus, & longioribus

Fuch. opinio improbata. Caphura bituminis generis statuentis.

Platearii error volentis Caphuram ex succo herbae fieri. Caphura temperamentum, & vires.

Aqua ad faciei ruborem.

Caphura legitima quae & quomodo asservanda. Caphura ut alba reddatur. Nomina.

Resina Lentisci.

Mastiche duplex.

10

20

30

40

50

60

ribus

II. LENTISCUS PERUVIANA.

III. MOLLIS ARBOR.



ribus instar racemi sparsi insident, albicant & ex quinque foliolis acuminatis componuntur: his succedunt fructus rotundi, ut Lentisci, parvis pediculis & pericarpis sustentati, qui racematim conglobantur, primum virides, mox rubei, dein subnigri, piperis instar acres & pingues, tenui testis membrana, cui medulla acutissimi saporis & odoris subest. Semen ex America primum allatum, & Piperis nomine Romae in horto Illustriss. Cardinalis Columnae, a quodam Pharmacopoeo Septembri mense satum, & sequenti anno ad quinque cubitos excrevit, at semen ad maturitatem non pervenit, monente Doctore Edoardo Vorstio, qui nobis ramulum cum baccis (unde delineari curavimus) obtulit. At nunc Lentiscum altitudine adaequat, unde ramos cubitales floribus & tenellis baccis refertos, a Doctore Jo. Neuderfero (una cum aliis elegantissimis) accepimus, ut & Gummi quod ex inciso cortice emanat. Etenim apud Americanos, ex cortice vulnerato gummi album mastici simile colligitur, quod in aqua vel decocto aliquo dissolutum ab incolis drachmae unius pondere pro cathartico sumitur, cum eo blande humores omnes vacuantur, & hydropticorum aquae educantur. Ex foliorum libra, scrupulus unus succi elicitur, quem Opobalsamo comparant. Verum cum hic Lentiscus Peruvianus, ab incolis Molle (quod molliat alvum forte) dicatur, & in multis (nisi sit eadem) cum ea quam pro Molle, Carolus Clusius in Monardem proposuit, conveniat, & ejus iconem proponere placuit, cujus haec est apud Clusium historia, ex quo etiam Lugdunensis & Tabernemontanus desumpserunt. Caeterum odor feniculi mihi in memoriam revocat arborem in Peru nascentem, Molle vocant, cujus ego pusillas duas plantas ex semine natas, vidi ante aliquot annos Machliniae, in horto splendidissimi Illustris viri D. Joan. de Brancion, sed quae tertio anno perierunt hyemis injuria. Erant autem ex arbusculis truncis (quia tenellae) ex viridi nigricante, multis consperso veluti maculis cinereis, folia pennata ut fraxini, sed multo minora, ex viridi nigricantia, serrata, & sub extremum angustiora, quae ab arbusculis revulsa, lacteo succo, eoque lento & viscido & odorato manabant, & ipsa folia trita feniculi odorem reddebant, gustata adstringentis facultatis non nihil habere videbantur. Fructus ex quo nati sunt, piperis fere magnitudine, oleaginosus, pellicula rubescens testis racematim cohaerens, ut ex ejus iconem, quam ad vivum depingi tum temporis curavimus, conspici licet: florē quem habeat ignoramus, sed quibusdam auctoribus minutus est, viti similis. Haec arbor abundanter nascitur in convallibus & locis planis Peruanae regionis, ut referunt omnes qui Occidentaliū Indiarum descriptionem dederunt. Sed Petrus Cieca maxime, qui ejus descriptionem cap. 112. primae partis Chronici dedit.

Tigund.

TEREBINTHUS.

CAP. LXXVI.

TEREBINTHUS cognita arbor est: cujus folia, & semen, & cortex astringunt, & ad eadem, ad quae Lentiscus conveniunt, simili parata modo, sumptaque. Fructus esui aptus est, sed stomacho adversatur: excoquit, urinam movet, venerem excitat: contra phalangiorum morsus convenienter in vino bibitur. Resina ejus ex Arabia petraea defertur. Provenit etiam in Judaea, Syria, Cipro, Africa, & Cycladibus insulis. Sed praevalet candida, perlucida, vitreo colore, & in caeruleum vergente. Terebinthina resinas omnes antecedit: proxima lentiscina, & est pinu, & abiete: has sequitur picea, & pineis nucibus resina. Natura omnibus calfacere, mollire, discutere, expurgare, Tussi, ac tabi conveniunt per se, aut in

a Meum
addit xxi
de insula
b Hec nō
leg. Oti-
bal.
aut in

aut in eclegmate ex melle: vitia pectoris expurgant, urinam cient, cruda concoquunt, ventrem emolliunt, palpebras commodissime replicant: lepras tollunt, cum æruginē ac futorio atramento, nitroque: auribus sanient emanantibus cum melle & oleo, item in pruritu genitalium utiles, malagmatis, acopisque admiscuntur. Laterum doloribus per se, illitu & appositu auxilio sunt.

Pyrusus æthiops.

RESINÆ ALIÆ.

CAP. LXXVII.

Hec de-
let Orib.b. uat. g. a.
i. liquida
Meum.
e Meum
& Drag.
p. uat. g. a.
i. la. uat. g. a.
p. uat. g. a.
i. la. uat. g. a.
p. uat. g. a.

Liquida resina è pinu picea, à Gallia & Hetruria conveli solet, atque olim à Colophone perebatur: hinc Colophoniam sibi cognomentum vendicavit. A Gallia quoque subalpina: quam vernaculo nomine larica, hoc est, larignam appellant incolæ. Ea [in linctu, & per se] magnopere prodest tulli veteri. Colore inter se distant: siquidem alia candida est, alia oleosa, alia mellei liquoris similitudine, ut larigna. Cupressus etiam liquidam fundit resinam, quæ ad eadem pollet. Quæ verò aridarum generi ascribuntur, quædam ex pineis nucibus, aliæ abiete, aliæ picea, & pinu exierunt. Eligi debet longè omnium odoratissima, translucens, non retorrída, neq; diluta, quandam ceræ faciem præbens, & friabilis. E picea, & abiete resinæ cæteras antecedunt: odoratæ enim sunt, atque thus odore imitantur. Præstantiores à Pityusa insula deferuntur, quæ secundum Hispaniam sita est. Sed quæ è picea, nucibus pineis, & cupresso manarunt, nihil ad illas, nec tantis viribus potiuntur: veruntamen eorundem gratia, quorum & illæ, sumi solent. Lentiscina terebinthinæ responder. Uritur resina omnis liquida in vase quadruplæ capacitatis ad humorem, qui infunditur: itaque resinæ congius in duobus aquæ pluriæ coquitur, subjectis levibus prunis, resina assidue movetur, donec omnis odor aboleatur, & friabilis & retorrída reddatur, ac digitis cedat. Cæterum ubi refrigit, in fœtile non picatum, quod aconitum vocant, id est, non illitum, reconditur. Fiet etiam eximii candoris, si resina omnis eliquata præcoletur, quò fæculenta fordes excernatur. Uruntur quoque sine aqua, primum lento igne, & ubi coire cæperunt, major carbonum strues supponitur, & triduo citra intermissionem discoquuntur, usque dum antedictas naturæ suæ notas exuerint: mox, ut dictum est, reponuntur. Aridas unius diei spatio decoxisse satis. Ustæ odoratis malagmatibus, & acopis, & unguentorum colorationibus magnopere utiles sunt. E resina perinde atque thure, fuligo excipitur, ad circumlitiones idonea, quibus palpebras fucant, & colorem mentiuntur: prodest glabris genis, collachrymationibus, erosisque oculorum angulis. Ex ea fit atramentum scriptorium.

TEREBINTHUS.

Terebin-
thi de-
scriptio.Terebin-
thi histo-
ria ex
Theoph.

Terebinthus folio est fraxini, crassiore, pinguioreq; & rotundiore, cotino proximo. Ligni materies lentisco simili quemadmodum & cortex. Radices valida, altè descendentes. Flos olea similis, sed rufescens, è quo fructus rubens racematim prodit, uvarum modo, Juniperi baccatum magnitudine, resinofus, durusq;. Cornicula edit rubentia, carpinorum similitudine, in quibus culices quidam concluduntur, una cum liquore quodam, ut in lentisco. Resina è trunco manat, ut è reliquis plantis ipsam fundentibus, liquida & odorata, Larigna, aut Abiegna similis, cæterisq; præstantior, lentiscina excepta. Terebinthorum (ut Theophrast. memoria prodidit lib. 3. cap. 15. de hist. plantarum) alia mascula, alia femina. Masculula sterilis est, ob idq; sexui maris adoptatur. Feminarum alia fructum protinus rufum promit, magnitudine lentis, qui concoqui nequit: alia viridem editum, rufum postmodum tingit, & cū uva maturescētē, nigrum novissime facit, magnitudine fabæ, resinofus, sulphureosus. Circa Idam, & Macedonia brevifruticosa, contortaq; nascitur: ut apud Damascum Syria magna, copiosa, decoraq; montem enim inibi Terebinthus refertur, ut nil aliud habeat, referunt. Materies ei lenta, radices valida in profundo, atq; in totum incorrupta hac arbor habetur. Flos olea, verum colore rufus. Folia circa unum pediculum, pleraq; specie Laurinorum, conjugatim, quemadmodum sorbo, quodq; parte postrema acuminet, impar exit: verum minus angulata, quam sorbo, ambituq; Laurino similiora, & pinguis cum universo fructu. Fert & ad nucis similitudinem quadam concava, ut ulmus: quibus bestiola tanquam culices innascuntur. Fit in his resinofus quid, lentumq;: sed resina tamen non hinc legitur, sed à ligno. Fructus resina copiam non mittit, sed manibus tantum adhæret: & si non lavetur, postquam collectus est, inter se cohærescit: cū verò lavatur, candidus, probeq; non maturus supernat at, niger subsidit. Idem refert deinde

Indica
Terebin-
thus pi-
stacearū
planta.

delib. 4. cap. 5. histor. plantarum. Indicam etiamnum Terebinthum haberi: cui folia, rami, & reliqua omnia Terebinthosimilia: fructus autem diversus, similis enim amygdalis. Nam & in Bactris Terebinthum hanc esse, ferre q; nuces amygdalarū magnitudine: quoniam non magnas, sed visu similes, & suavitate amygdalis præstantiores: & ideo loci illius incolæ his potius uti: hæc Theophrastus. Quibus facile adducor ad credendum Indicam Theophrasti Terebinthum, nil aliud designare quam nostratē Pistaceam. Est enim hæc tota facie Terebintho similis, & nuces profert amygdalis suaviore. Terebinthum vidi ego primum in colle vulgò cognomine Castel Trento, non procul à civitate Tridenti prope Arthesim, à Theophrasti historia haudquaquam dissimilem, facta hujus videndi mihi copia à clarissimo medico Julio Alexandrino Tridentino: repeti.

rig, ipsam deinde in aliis compluribus Hetruria locis, videlicet in collapsis Romanorum edificiis ac ruderibus: sed frequen-
 tem admodum in Fapidia collibus prope Pucinum castrum, Adriatico sinu non longè à Tergesto: saxosa enim & calida
 amat loca. Ab hac sapè, dum illac iter haberem, & fructus & folliculos caprarum cornibus non absimiles, quibusdam in-
 tus bestiolis culicis figuram præ se ferentibus, & resina decerpsi: quæ etsi omnium præstantissima sit, non tamen diu est, Resina
terebin-
thina.
 quod Venetia desertur ex Cypro. Antea coctam afferebant, vel quod esset advectu aptior, vel quod impostoribus ad adul-
 terationem aditus hoc modo facilius fieret: verum liquida ut per se ex arbore manat, jam frequens facta est. Caterum
 quia terebintina jamdiu in Italiam non advehebatur (ut supra in Larici mentione diximus) Larigna non modò tere-
 bintina locum sibi vendicaverat, sed etiam cognomentum. At cum eodem loco à nobis de pinea, picea, Larigna, abiegnaq;
 resina, & earum à quibus colliguntur arboribus, abundè scriptum sit, opere pretium quidem non est, ut hic iterum ea repe-
 ramus. Scire tamen convenit, rarissimas esse abietes in montibus Tridentinis, quæ præter fluentem lachrymam, aridam
 fundant resinam: sed si quædam inveniuntur, hæc est (ut Plinius inquit) arboris morbus. Cujus rei manifestum argumen-
 tum est, quod omnis abies quæ resinam fundit, tabida sit, putris & cariota. Brasavolus de resinis differens, Plinium in ea-
 rum historia à Dioscoride dissentire autumat, quod scilicet Plinius lib. 2. cap. 6. tradiderit summas resina species duas sic-
 cam & liquidam, siccam in pinu, & picea fieri: liquidam è terebintino, Larice, lentisco, cupresso. Dioscorides verò ex pinu,
 & picea, & liquidam præter siccam haberi scriptum reliquerit. Quos tamen melius erat sic conciliasse, quod quamvis as-
 serat Plinius siccas resinas è pinu, & picea colligi: non propterea obstat, quominus ferant pariter hujusmodi arbores &
 liquidas, & siccas resinas. Quandoquidem in Tridentino tractu p. uribus variisq; locis, è pinu, piceaq; antea longo tempore
 cesis, solisq; ardore astuantibus liquidas resinas exudare comperimus Larigna non absimiles: quod etiam sapè evenit in as-
 seribus ex hisce arboribus paratis, & in tignis, vel trabibus, quæ edificiis coaptantur. Verum enimverò malim dicere Pliniū
 20 errasse, quod liquidarum generi lentiscinam adscribat, quæ est nostra mastiche, cæteris profectò durior. Ad hæc scire etiam
 convenit, quod quæ in officinis Colophonia Hispanica, Græcæq; dicitur, illius species est quam coquere Dioscorides edocuit. Colo-
phoniz
confide-
ratio.
 Constat hæc coloribus diversis, ut pote crystallina, hyacinthina, saturatq; colore, pro resinarum ex quibus conficitur, va-
 rietate: quippe (ut Dioscorides ait) alia candida est, alia olei, alia mellis colore, qualis est Larigna. Quæ verò à Colophone
 Fonia urbe sibi cognomentum comparavit, est (ut refert Plin. lib. 14. cap. 20.) præter cæteras fulva: neq; alia de causa vo-
 catur & Hispanica, & Græca, nisi quod ex iisdem etiam regionibus advehatur. Attamen animadvertendum est aliam ab
 hac, quæ neq; fricta, neq; excocta est, haberi Colophoniam: siquidem scribit Dioscorides quod pinea, piceaq; liquida, ac
 pinguis resina ex Colophone afferebatur: ob idq; Colophonia per excellentiā vocabatur. Quod item testatur Galenus li. 7. de
 compos. med. per genera, cum inquit. Quoniam verò piceam resinam & frictam, & colophoniam appellare consueverunt,
 sciendum venit, aliam quandam esse colophoniam Chiamasticam persimilem, molliens aliquid habens, quemadmodum
 30 illa, & ribus. Et libro 2. ejusdem. Est, inquit, inter liquidas etiam colophonia thuris redolens, quæ nonnullis sola vocatur
 colophonia, odoratu suavitatem quandam referens, ut abietina, & calore sicut illa mediocri prædita: nascitur admodum
 modica, atq; ob id pretiosa est. Porro si quispiam diceret, non cognovisse Plinium, neq; Dioscoridem, liquidam abie-
 gnam, quam aliqui lachrymam, nonnulli verò abietis oleum nuncupant, enim ne tantillum quidem à veritate desciscere
 putaverim: siquidem hi de liquida abiegna (quod legerim) nihil memoria prodiderunt. Terebintina resina auxiliatur
 laterum doloribus, sanat cum labiorum, tum faciei rimas. Scabiem & impetiginem delet illa, ulcera expurgat, &
 vulnera recentia glutinat. Splenem attenuat sapè devorata, valet ad articulorum dolores, nempe ad podagram, chira-
 gram, & ischiadicis affectibus, ubi frequenter sumatur uncia pondere. addito chamæpitys, aut salvia, aut stachadu
 pulvere. Terebinti & resinarum meminit Galenus lib. 8. de simplicium medicamentorum facultate, ubi ita scriptum re-
 liquit; Terebintitum cortex, tum folia tum fructus adstrictorium quiddam obtrinent: sed & secundo ordine excalfaciunt.
 40 Itaque quod etiam desiccant, manifestum est: recentes quidem etiamnum humidisq; modicè: sicci verò, ordine secundo
 adstringunt, roborant, repellunt, contrahunt. Caterum fructus aridus propinquus est etiam tertio ordini desiccantium:
 est enim adeo calidus, ut mandentibus protinus ejus caliditas percipiatur. Itaque etiam urinam provocat, & lenibus pro-
 deest. Paulò superius de resinis differens, sic inquit. Resina omnes desiccant, & excalfaciunt. Caterum inter se discre-
 pant, quod plus, ac minus habeant in gustu quidem acrimonia, in facultate verò caliditatis: tum quod alia plus, alia mi-
 nus sortita sunt partium tenuitatis: præterea quod nonnulla adstrictionis sunt participes, aliæ nequæquam. Primas meruit
 omnium non injuria lentiscina: eam vocant mastichen Nam præterquam quod paucula ei adest adstrictio, adeo ut stoma-
 chi ventrisq; & jecoris imbecillitatibus, & phlegmonis conveniat, insuper illi inest mordacitate vacans desiccatio: mini-
 mum enim acris est, & maximè tenuium partium. Inter al. as præfertur terebintina, manifestam quidem, non tamen
 similiter atq; mastiche, adstrictionem possidens. Caterum adjunctam habet amaritudinem quandam, per quam magis
 50 etiam quàm mastiche digerit. Ob eandem qualitatem inest & absterfio, tantum quidem, ut & psoras sanet: quin etiam
 quæ in profundo residet, cæteris resinis magis attrahit, nimirum cum illis majorem habeat partium tenuitatem. Attamen
 picea, & hæc etiam magis strobilina acriores quidem ea sunt, sed non magis tamen digerunt, neque attrahunt. Media in-
 ter hæc sunt pinea, & abietina, acriores quidem quàm terebintina, minus tamen quàm aut picea, aut strobilina. Habet
 porro etiam emolliens quiddam terebintina: secundum locum habet in emolliendo lentiscina, sicut & cyparissina acri-
 monia. Et lib. 3. de compositione medicamentorum per genera inquit. Etenim cera ad liquiditatem multò pingui indiget:
 at resina, quæ quidem arida prorsus sunt, modico: liquida & siccam quandam substantiam ad emplastri crassitudinem
 assumere possulant. In ceris igitur non magna humiditatis, ac siccitatis differentia est: in resinis sicut etiam in picis gene-
 re contrà, arida ab humidis permultum differunt. Omnium ergo resinarum siccissima est, quam nonnulli frictam, alii co-
 lophoniam appellant. Huic succedit, quæ ex frictilibus impura, nec frixa sumitur, quam si purges, in frictam mutabitur:
 60 his ambabus siccior est, quæ dicitur πικρὴν πύρρα, ac si dicas pinea germinatio. Hanc sanè, ceu squalidam in præsentis
 emplastri compositionem non esse idoneam ratus, abiecti: usus autem sum fricta & liquidis. Jam vero ex his quoq; non-
 nulla diutius liquida permanent, quemadmodum terebintina, alia citò inarescunt, sicut strobilina: media utriusq; est
 abietina. Quinetiam facultate calidior est quidem strobilina, mox verò abietina, deinde terebintina: cupressi resinam
 miscere non ausus sum, ut quæ nonnihil adstringeret. Putabit forsitan aliquis nobiscum dissentire Dioscoridem Ana-
 zarbeum in sermone de resinis hæc verba scribentem, primo de medicamentaria commentario: Ex omnibus resinis princi-
 patus terebintina datur, post eam lentiscina, tum ei quæ de pinu raditur, & abiete, post quas picea, strobilinaq; nume-
 ratur: in his enim Dioscorides tanquam de infima strobilina, optima verò terebintina sentire videtur. Verum ego ex
 his tribus resinis strobilina, abietina, terebintina, principem certe strobilinam calore, secundam abietinam, postremam
 terebintinam esse dixi: hæcenus de resinis Galenus. Sed hæc in re animadvertendum est, quod hoc in loco cæteris
 X strobi-

Resina
terebin-
thina.Bras. o-
pinio re-
probata.Colo-
phoniz
confide-
ratio.Abiegna
liquida
Diosc. &
Plin. in-
gnita.
Terebin-
thina res.
uius.Terebin-
thi vires
ex Gal.Resina-
rū vires
ex Gal.

*strobilum non aliter praefert Galenus, nisi quod omnes caliditate tantum antecellat: siquidem in universum in medicamentis componendis a Dioscoride nequaquam dissentit, videlicet quod inter omnes terebintina primas occupet sedes, paulo post declaravit, dicens. Inter resinas optimam, tanquam medicamentum in multiplices usus accommodatum, merito terebintinam affirmaveris, non tamen caliditate primas obtinere. Excalfacit, extrahit, emollit, abstergit, de-
 Nomina. jicit. Arbor, quae Graecè *τέρεινθος* Latinè Terebinthus appellatur: Arabicè, Baton, Boton, Botin, sive Albotin: Italicè, Terebinto: Gallis, Terbentin. Resina vero ita Latinis vocata, Graecis *πόρην* nuncupatur: Arabibus, Ratim, sive Natig: Italis Ragia: Germanis, Harz.*

Terebinthus, *τέρεινθος* Dioscoridi, Galeno & Paulo: *τερεινθος* Theophrasto: apud Nicandrum legitur *τερεινθος*, quo loci scholiastes idem vult esse quod *τερεινθος*. Terebinthum herbarii vocant: cujus fructum Avicenna grana viridia nominat: ipsam verò resinam, Gluten alborin, Nicandro alexiph. *τερεινθος*. Resina omnis duplex est, alia liquida, alia sicca, ad quas differentias omnia resinarum genera referri possunt. Colophoniam videtur Dioscorides à pinu vel picea sumere, quae non ea est, quae hodie utimur: cum nostra resina sit siccissima, veterum fuerit liquida, quam aliqui cedri picem credunt, vulgò pix sicca Graeca, dicitur: frictam etiam vocant Colophoniam: & Graeci frictam resinam, simpliciter *ρουνήν* appellant, ut de tuenda sanitate, & 6. methodi, apud Galenum legitur.

Resina duplex est. Colophonia Diosc. à nostra differt.

πικραύρα.

PIX LIQUIDA.

CAP. LXXVIII.

Pix liquida, quam alii conum vocant, è pinguisimis pini, piceq; lignis congregatur. Optima est splendens, sincera, laevis. Contra venena, phthisim, purulentam excretionem, tussis, suspiria, & pectoris humores, qui difficilè extolluntur, efficax est, eclegmate cyathi mensura cum melle dato: tonsillarum & uvæ inflammationes, anginaeque; utiliter perunguntur: purulentis auribus infunditur cum rosaceo, & illinitur cum trito sale serpentium moribus: adjecta verò pari cera, scabros ungues extricat, impetiginisque emendat: vulvae duritias, ac sedis tubercula discutit: cum farinaque; hordeacea, & pueri impubis urina decocta, strumas rumpit: cohibet ulcera, quae serpunt, cum pineo cortice, aut sulphure, aut fursuribus illita. Caeterum cum thuris manna, & cerato profundos ulcerum sinus conglutinat: rimis sedis & pedum magno auxilio illinitur: ulcera replet, & cum melle purgat, quin & cum uva passa, & melle carbunculos, & putrida ulcera emarginat, dirumpitque. Erodentibus medicamentis, quas septas vocant, probe immiscetur.

πικράλευν.

PICINVM OLEV.

CAP. LXXIX.

Orib. nō leg.

Epice fit quod pisselæon appellant, separato liquore aquoso, qui supernatat pici, sicut serum [lacti]. Nā expāsa, quandiu pix coquitur, supra cortinā vellera pura madescit, acceptoque; halitu ejus exprimuntur in vas, idque; tandiu fiat, donec pix coquatur. Quas pix liquida praebet utilitates: alopecias capillo replet cum farina hordeacea illitū: quibus & liquida pix medetur: jumentorum ulcera, scabiemque; emendat.

Λιγνὸς τῆς ἐξ ἧς πίκρα.

FVLIGO LIQUIDAE PICIS.

CAP. LXXX.

Et hoc modo è liquida pice fuligo: in lucerna nova, quae ellychnium habeat, nonnihil picis incendito, lucernamque; fictili vase in clibani speciem conformato, superius in angustum fornicato, inferius perforato, ut clibani esse solent, operito, & adoleri finito: consumptoque; liquore novum infundito, quoad sufficientem usui fuliginem collegeris. Vis ei adstringens, acrisque. Usui est ad pigmenta, quibus palpebras linunt, & venustant, & ad circumlitiones. Item ubi glabris genis pilos restitui oportet, ad imbecilles, lachrymososque; oculos, insuper ad eorundem ulcera non inutilis est.

πικραύρα.

PIX ARIDA.

CAP. LXXXI.

Concluda non leg. Orib.

LIQVIDA pix decocta in spissam coit, [quam vocant aliqui palimpissam,] quo in genere quaedam visci modo lentescit, [boscas cognominata:] altera sicca est. Probatum pura, pinguis, † odorata, sub-rufa, resinosa. Talis Brutia & Lycia, picis resinæque simul naturam habentes. Calfactoriam vim habet: dura emollit, pus movet, tubercula panofque; discutit, ulcera replet: vulnerariis medicaminibus commodè permiscetur.

† Hoc loco non *ισώδης*, id est, odorata, ut communis lectio habet, sed *ἰσώδης*, hoc est, viscosa legitur in Oribasi codice manu scripto, libro 12. simplicium. Harum lectionum quae sit melior, in probatione picis siccae, aliorum sit judicium.

Ζόπισσα.

ZOPISSA.

CAP. LXXXII.

ZOPISSAM aliqui ajunt derafam navibus resinam cum cera, quam alii apochyma appellant. Ea dissipandi naturam habet: quoniam marino sale macerata sit. Alii pineam resinam hoc nomine vocaverunt.

Tametsi de pluribus Picis generibus, de oleo, earumque; fuligine diversis, ac propriis capitibus differat Dioscorides: cum tamen horum omnium historia notior sit quam ut à nobis explicari debeat, opera pretium non est, ut de his pluribus agamus. Sed quoniam fortasse nonnullos delectabit audire, quoniam modo pix ipsa conficiatur, ut illis & mihi sit satisfactum, hic rem paucis aperiam, omniaque; de ea referam, quae Tridentino traflu in Flemarum montibus coram clare perspexi. Sic ergo picem, quae passim navalis dicitur, eo quod picandis navigiis sit aptissima, artifices conficiunt. Veteres ratio, res pinos, quae prorsus tecta consecrata sint, in particulas securibus concidunt, ut ex aliorum arborum truncis ad carbonis opus fieri